X 1926: 2457

TARTU ÜLIKOOL
1632
UNIVERSITAS TARTUENSIS

R
1750

π 1926 : 2457
R. 121.

# Q. HORATII FLACCI POEMATA OMNIA.

Centimetrum Marij Seruij.

Annotationes Aldi Manutij Romani in Horatium.

Ratio menſuum, quibus Odæ eiuſdem Poëtæ tenentur eodem Aldo authore.

Nicolai Peroti libellus eiuſdem argumenti.

AL DVS.

M. D. XXVII.

## F.A.LECTORI. S.D.

n On ſolum Horatiani ipſius carminis ele=gantia, aut ueterum teſtimonio hunc poë=tam inter alios excellere cognoui: ſed ex eo etiam, quod in manibus plurimorum habeatur. ſæpe.n.à nobis impreſſus, & uenditus eſt. Quare ſum adductus, ut nõ negligentius, quàm antea eundem authorem emitterem. quod cum faciebam, o=mnium utilitati me conſulere uidebam. Vale.

Bibliotheca Universitatis Tartuensis (Dorpatensis) 1926: 2457

4 II A
11540
152800386

## FRANCISCVS ASVLANVS IO=ANNI PINO FRANCISCI GALLIARVM REGIS VENETIIS LEGA=TO. S.P.D.

c VM MVLTIS IN REBVS Auguſti Principis felicitatem ſoleo ad mirari, tum maxime in latinis Poëtis, quos ingenio, & doctrina præſtanteis illius Principatu multos floruiſſe legi-mus. Nec uero exiſtimare poſſum diuturnam pacem, li beralitatemq́; tum principis, tum illius familiarium tantum decus illi ætati peperiſſe, cum poſteriora ſæcu-la ſi non tam longa, certe magna pace floruerint, ui-rosq́; tulerint, qui & liberalitate, & omni genere uir tutis cum illis contendere poſſent. Verum illam potius afferri oportere cauſam dixerim, quod natura illis potiſſimum temporibus declarare uoluerit quantum in eo ingeniorum genere producendo ualeret, ut ſi poſtea nihil tale uidiſſent homines, ipſam non accuſarent quod eiuſdem generis ingenia edere nõ poſſet, ſed quod nol-let. Venuſinum igitur Horatium ex eo numero ha=bemus Poëtam elegantiſſimum, & in amoribus ex=primendis, mire dulcem, & iucundum, in uitijsq́; in=ſectandis ita comem, & lenem, et pro tempore acrem, ut qui carpitur tanto morum magiſtro, & cenſori non poſſit non plurimum uelle debere. Nec noſtræ, aut ſu-perioris memoriæ homines hoc laudis, & iudicij teſti=monium de uirtute illius dederunt, ſed illa, ut ita di-

xerim, aurea ætas, qua uixit. propterea factum exiſti
mo, ut Auguſtus eundem ipſum quamuis diuerſarum
partium uenia, & incolumitate dignum cenſuerit, re-
ctumq́; , & glorioſum putauerit poſt optatiſſimam il
lius Muſis quietem datam, omnibus ſtudijs, & officijs
ornatiſſimũ habere. Talis autem otij opera extant mul
ta, & ea quidẽ præclariſſima Odæ, Satyræ, Epiſtolæ,
quas cum ALDVS noſter ſemel, atq; iterum accura-
te recognouiſſet, in apertumq́; retuliſſet, maximam ſi=
bi, & authori laudẽ peperit. Illius autem ueſtigia nos
omni ſtudio nunc perſequentes, eadẽ ipſa poëmata ad
exactiorem caſtigationem reuocauimus. præter alios
enim quos plurimos adhibuimus, Andreæ etiam
Naugerij excellenti literatura, & ingenio uiri, iu-
dicio non parum multis in locis adiuti, ita mendis
omnibus ſublatis integra reddidimus, ut uere pro-
fiteri poſſimus non minus noſtro labore tanto au-
thori priſtinam dignitatem eſſe reſtitutam, quàm ſtu=
dioſiſſimo cuiq; lectori ſatisfactum in ijs, quæ uel ob=
ſcura, uel ambigua ab omnibus in medium relin-
quebãtur. Hæc autem omnia ſub tuo nomine appare-
re uoluimus clariſſime Pine, tum propter incredibi-
lem amorem, ſingularemq́; beneuolentiam, qua &
Aldum ante, & nos omnes nunc proſequeris, tum
propter eximiam ingenuarum omnium artium co-
gnitionem, & ſtudium. Itaq; cum eiuſmodi inſtitutis
maximum familiæ tuæ nobiliſſimæ decus attuliſſes,
& nominis celebritate, ingenijq́; gloria floreres, Lu=
douicus XII Galliarũ Rex te non modo carum ha-
buit, omniq́; officio complexus eſt, uerũ etiam in am=

pliſſimum Toloſanorũ Senatorum ordinem cooptauit,
ut quaſi excelſiore è loco ſapientiæ, uirtutiſq́; tuæ lu-
men appareret. Quem clariſſimum Regem cum po-
ſtea Franciſcus Rex imitatus eſſet, magnitudinem bene
ficij ſuperioris regis cum ſuo iudicio coniũgere uoluit.
Nam cum pleraq; domi conſilio uſus tuo confeciſſet, teq́;
legatum ad multos reges miſiſſet, uideretq́; tua indu-
ſtria, & prudentia foris rempu. optime geri, in Me-
diolanenſem quoq; Senatum aſciuit, ut non minus Gal
lia citerior doctrinam, æquitatem, & conſilium admi=
raretur tuum, quàm ulterior conſtantiam, fidem, &
uirtutem ſuſpiciat. Nec multo poſt te ad Senatum Vene-
tum legauit, quo in honore tanta prudentia, manſuetu
dine, & integritatem uteris, ut nihil ad immorta-
lem gloriam tibi deſſe uideamus. Quanquam autem
tuum hoc ingeniũ, ſtudia, mores uniuerſam delectant
ciuitatẽ, tamen neſcio quo pacto ꝗ familiariter tecum
uiuũt, ita tibi deuinciunt, ut prædicare non deſinant, ſe
non ſatis conſtitutum habere, utrũ maiori ipſis honori
gratia, coniunctioq́; tua ſit, an uſui, & commodo. Ex
quorum numero in primis noui Hieronymum Fon=
dulum uirum & moribus, & literis ornatiſſimum,
quem quidẽ & ante plurimum dilexi, & poſt conſtan
tem de tuis uirtutibus prædicationem, non potui non
uehementer admirari, ſimulq; hominis iudicium proba
re, quod te præcipue ſibi colendum propoſuerit. quod
quanquam intelligit ſe cum multis facere, tamen huius
rei princeps & eſſe, & haberi uult. Vale.

Aldus Pius Manutius Rom. Iafredo Carolo
iuriſconſulto, ac Regij Senatus in Vrbe
Mediolano moderatori.

S. P. D.

a Gitur iam triennium Inclyte Carole, ex
quo me in amicorum tuorum numerum
accepiſti, idq́; Mediolani, ubi ſic me uidiſti
libenter, ut ſæpe etiam, quæ tua eſt huma
nitas, conuiuam tuum eſſe uolueris, cum multi unà cœ-
narent familiares, ijdemq́; Academici, & doctiſſimi ui
ri, q ad te ut olim doctiſſimi quiq; ad Mecœnatem, fre
quentes concurrunt, ac confugiunt. Ex quo item, cum
paucis poſt dieb. Cremona Aſulā proficiſcerer per Mā
tuanum agrum, & milites Mantuani principis, ne-
ſcio quos capturi illius inimicos, qui eo die tranſituri
illac equis dicebantur, me per errorem cœpiſſent, Can-
netiq́;, quod ab Mantua, XX, millia paſſuum abeſ-
ſe aiunt, in carcere detinerent, Tu, qui forte tunc eras
Mantuæ, legatum agens Regium, ſtatim re cognita, libe
raturus me, adijſti Principem, eáq; re facile impetra-
ta, ipſemet omni equitatu tuo comitante, necnon & alijs
quibuſdam ex Mantuanis nobilibus ad id ipſum oppi-
dum profectus es, ac me accerſitum liberaſti, pecunia
ad aſſem, ueſtibus, equis, & cæteris, quæcunq; ſurri-
puerant, redditis. Vbi illud mirum, ut Prætor loci il-
lius, qui prima nocte, qua me adducendum ad ſe iuſ-
ſerat, uiris propè centum armatis circundatum, ab ho-
ra quinta ad decimam uſque Iulio menſe in teterrimo
carcere incluſum tenuerat, cœnantibus nobis ( di-

ſcumbebam enim et ipſe in tanto cœtu, contra te ſecun
dus iuſſu tuo) non ſolum aſtaret, ſed etiam, ut Naſi-
dienus olim apud Horatium cœnante Mecœnate, ar=
chiticlinum ageret, tum ueniam peteret, quod me non
tractaſſet humaniter. Adde, quod ipſe Princeps lite-
ras ad me Aſulam quã humaniſſimas dedit, offerens,
quantum aut moleſtiæ, aut incommodi per errorem
paſſus fueram, neſciente ſe, tantundem uel iucundita-
tis, uel commodi, aliquando ſe repoſiturum. Non im-
memor igitur Iafrede Carole tanti beneficij in me tui,
ſæpe cogitaui, qua nam in re gratum me tibi eſſe oſten
derem, tandem Horatij Flacci cultum poëma datu=
rus ſtudioſis excuſum cura noſtra, Illud ſub tuo no-
mine ſtatui emittere, ut Quẽadmodum Horatius ipſe
Mecœnati Benefactori ſuo, ac doctiſs. & liberaliſs.
Principi hoc opus à ſe compoſitum dedicauit, ego itidẽ
id ipſum à me recognitum diligenter, & emendatum
dedicem tibi Seruatori meo, & cum alijs plurimis, tum
doctrina, & liberalitate Mecœnati ætatis noſtre. Cui
fortaſſe uerius ego, q̃ Mecœnati Horatius, dixerim, O'
& præſidium, et dulce decus meum. nam longe maius
eſſe beneficiũ reor, hominem è carcere liberare, quàm
donare diuitijs. Sæpe igitur iuuat dicere, O' & præ=
ſidium, & dulce decus meum. Idem autem opus etſi ab
hinc ſeptennium curauimus imprimendum, nunc ta-
men id iterũ damus, ſed multo emendatius, meliusq;,
nam & rationem undeuiginti metrorum generum,
quibus Horatius in hoc opere uſus eſt, ſic inſerui ſu-
is locis, ut ſe ſponte offerant uel nolentibus, & diſtin-
ctiones, ſubdiſtinctionesq;, ut quiſque locus exigebat,

appoſui, Quæ cum bene collocatæ ſunt, commenta-
riorum uice funguntur. Notaui præterea quædam in
ter corrigendum, quæ rapti profutura, hic ſubiunxi-
mus. Vale præſidium, & dulce decus meum. Venetijs
Tertio Calendas April. M.D.IX.

# Q. HORATII FLACCI VITA PER PETRVM CRINITVM FLORENTINVM.

Q. Horatius Flaccus in Venuſio Apuliæ oppido natus eſt. patrem habuit Libertini generis. unde illud,

Quem rodunt omnes Libertino patre natum.

Pro certo habetur eius natalē fuiſſe duob. circiter annis ante coniurationem. L. Sergij Catilinæ, quo tempore celebres erant in ciuitate, ex Poëtis Val. Catullus, Licinius Caluus, & Heluius Cinna, ex oratoribus M. Cicero. Q. Hortenſius, & Q. Catulus, ex Philoſophis Var. Terentius & Figulus Nigidius. Orbilium Beneuentanum, ut conſtat, à puero audiuit, quem appellat alicubi plagoſum, ac mirum, quàm breui tempore in bonis literis profecerit. ingenio enim facili, & auidiſſimo fuiſſe traditur in capiendis optimis diſciplinis ubi autem ſatis uiſus eſt nauaſſe operam latinis ſtudijs, Athenas ſe contulit, ut Philoſophorum præceptis liberius incumberet, maximéq; Epicureorum placita uidetur probaſſe, ut illud urbane dictum teſtatur.

Me pinguem, & nitidum bene curata cute uiſes
Cum ridere uoles Epicuri de grege Porcum.

Moribus fuiſſe dicitur ſubobſcænis, & ad bilem interdum paulo excitatior adeo erga amicos gratus, atque officioſus, ut nobiliorum etiam ſtudijs & gratia clarior in dies ac nobilior eſſet. nam primo dignitatem tribunitiam honeſtis ſuffragijs eſt adeptus, & Romanæ legioni præpoſitus, quod ipſe de ſe ſcribit. Amicos uero habuit ex Poëtis Albium Tibulum, Quintilium Varum, cuius obitum officioſe deplorat. Valgium conſularem, Vergiliumq́; ipſum. ex prima nobilitate Iulium Florum. Maximum Lollium, & Mecœnatem, cum quo ſupra ſeptem annos ſumma familiaritate uixit. quod cum locis multis, tum maxime his uerſibus apparet.

Septimus octauo propior iam ſuggerit annus
Ex quo Mecœnas me cœpit habere ſuorum
In numero.

Nā cum ipſo q̄dem Horatio iocari liberius Mecœnas, atq; agere conſueuit, eidemq́; concredere ſua ſtudia in rebus ciuilibus. cum ipſa ciuitas magnis factionibus teneretur, uarijsq́; ſeditionibus æſtuaret, ſecutus primo eſt Bruti & Caſſij partes, quod à multis alijs, & à Sidonio appollinare traditum eſt, qui ad Iulium Maioranum ſic refert.

Et tibi Flacce acies Bruti, Caſſiq́; ſecuto
Carminis eſt author, qui fuit & ueniæ.

Mox uero accidit, ut fauore Mecœnatis non dignitates tantum aſſequeretur, Sed ipſi quoq; Octauio Imper. foret inſinuatus, cum libere et amice ad illum ſcribat. illas tamen epiſtolas, quæ referuntur à quibuſdam Auguſti ad Flaccum, magis confictas opinamur, quàm dignas tanto principe, eiusq́; ſumma eruditione, quod ipſum cum alia multa, tum elocutio in primis probat. Compoſuit perplura, quæ uulgo etiam ſunt notiſſima. nos quàm breuiſſime repetemus. libros carminum quatuor, Epodon, & ſeculare carmen, quibus Auguſtum ac Mecœnatē miris laudibus celebrat. In ſcribendis Iambicis mire efficax habitus eſt. quod

& Fabius Quintilianus teſtatur. Inter Lyricos uero inquit ſolus ferè dignus eſt legi Horatius. quoniam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iocunditatis & gratiæ, uarijsq; uerbis & figuris foelicißime audax. Ex quo illud peruulgatum.

Hic inter Lyricos ſublimis uertice Vates
Sydera ſumma ferit, ſeu dulcia furta puellæ
Cantat amicitias, conuiuia prælia, paces.
Siue Lycambeis lacerat latrantibus hoſtem
Impetit aut uario corruptos carmine mores.

Apollinaris quoq; ſic ad Tonantium de Horatio.

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis ut noſtra dehinc curſitet orbita
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectri potentibus
Dum metro quatitur corda Gliconio,
Nec non alcaico uel Pherecratio
Iuncto & Leſbiaco, ſiue Anapæſtico
Vernans per uarij carminis Eclogas
Verborum uiolis multicoloribus.

Diomedes grammaticus, & alij ueteres undeuiginti carminum modos ab Horatio decantatos aſſerunt, quorum rationes in tertio de grammaticæ libro à Diomede ipſo referuntur. Scripſit de poetica librum ad Piſones. uolumina duo ſatyrarum, ac totidem epiſtolarum. In Satyra uero Lucilium ſecutus eſt, & ſi eum ut Lutulentum accuſat. Fabius certe Quintilianus præcipuũ in Satyra dicit hunc ipſum Horatium, ac purum in primis, & terſum. quin hoc illi proprium & peculiare fuit, ut ridenti ſimilis & quaſi diſſimulans improbitatem, ac uitia hominum accuſaret, quod ea magis urgeant, atq; afficiant, quæ ſenſim irrepunt, quàm quæ aperta fronte inuadunt. quod ipſum & Poëta Perſius demonſtrat.

Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admiſſus circùm præcordia ludit.
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Sed & Poëta Ouidius ingenue fatetur magnopere ſe Horatianis uerſibus delectatum, & eius carmen diligenter audiſſe, ueluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Baſſum, qui Iambicos luſit.

Et tenuit noſtras numeroſus Horatius aures,
Cum ferit Auſonia carmina culta lyra.

Permultos uero enumerat Horatius, quorum & ſtudium & iudicium percoluit, ut Plotium, Mecœnatem, Varium, Vergilium, Fuſcum, Viſcos, Valgium, Pollionem, Meſſalam, & alios. Secutus eſt eum in componendis lyricis Paulus Paſſienus, qui, ut eſt author Plinius, mirifice illum exprimebat. ſtatura fuiſſe traditur breui, corpore obeſo, oculis lippis, quæ uel ex carmine illius uarijs locis colliguntur. moritur autem Horatius anno ætatis ſuæ. VII. & quinquageſimo, ut in Euſebianis annalibus relatum eſt. alij ſupra ſeptuageſimum annum uixiſſe ſcribunt. quod ego tamen falſum exiſtimo, ut alibi obſeruatum eſt.

# Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER PRIMVS.

## AD MECOENATEM.

O de. I. Monocolos. Sunt enim omnes uerſus Choriambici Aſclepiadei Tetrametri Acatalectici, qui conſtant è Spondeo, & duobus Choriambis, & Pyrrhichio, uel Iambo, hoc modo.

Mēcœ̄--nās ătăuĭs -uu- ēdĭtĕ rē-uu-gĭbŭs uu
ō ēt--præsĭdĭŭ ēt-uu-dūlcĕ dĕcūs-uu-mĕŭm uu
- - - uu - - uu - uu
- - - uu - - uu - uu

ECOENAS atauis edite regibus,
m O & præſidium, & dulce decus meum,
Sunt quos curriculo puluerem olympicum
Collegiſſe iuuat: metáq; feruidis
Euitata rotis, palmáq; nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc, ſi mobilium turba quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus.
Illum, ſi proprio condidit horreo
Quidquid de libycis uerritur areis.
Gaudentem patrios findere ſarculo

A gros, attalicis conditionibus
N unquam dimoueas: ut trabe cypria
M yrtoum pauidus nauta ſecet mare.
L uctantem Icareis fluctibus Africum
M ercator metuens, otium, & oppidi
L audat rura ſui: mox reficit rateis
Q uaſſas indocilis pauperiem pati.
E ſt qui nec ueteris pocula maſſici,
N ec partem ſolido demere de die
S pernit, nunc uiridi membra ſub arbuto
S tratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.
M ultos caſtra iuuant, & lituo tubæ
P ermiſtus ſonitus, bellaq; matribus
D eteſtata. manet ſub Ioue frigido
V enator teneræ coniugis immemor:
S eu uiſa eſt catulis cerua fidelibus:
S eu rupit teretes marſus aper plagas.
M e doctarum ederæ præmia frontium
D is miſcent ſuperis: me gelidum nemus,
N ympharumq; leues cum ſatyris chori
S ecernunt populo: ſi neq; tibias
E uterpe cohibet: nec polyhymnia
L esboum refugit tendere barbiton.
Q uod ſi me lyricis uatibus inſeris:
S ublimi feriam ſydera uertice.



## AD AVGVSTVM CAESAREM.

O de. II. Dicolos Tetraſtrophos. Primi quiq; tres uerſus ſunt Hendecaſyllabi Sapphici Pentametri Acatalecti, qui conſtant è Trochæo, Spondeo, Dactylo, & duobus Trochæis, uel Spondeo ultimo, Sic.

I ām să-⏑tīs tēr--rīs nĭuĭs-⏑⏑ ātquĕ-⏑ dīræ--
G rāndĭ-⏑nīs mī--sīt pătĕr-⏑⏑ēt rŭ-⏑ bēntĕ-⏑
D ēxtĕ-⏑rā să--crās ĭacŭ-⏑⏑lātŭs -⏑ ārcēis --

Q uartus autem quiſq; eſt Adonius Dimeter Catalecticus ex Dactylo, & Spondeo, uel Trochæo, ſic.

T ērrŭĭt-⏑⏑ ūrbĕm-⏑

–⏑ –– –⏑⏑ –⏑ ––
–⏑ –– –⏑⏑ –⏑ –⏑
–⏑ –– –⏑⏑ –⏑ ––
–⏑⏑ –⏑

I am ſatis terris niuis, atq; diræ
G randinis miſit pater: & rubente
D extera ſacras iaculatus arceis
Terruit urbem:
T erruit genteis: graue ne rediret
S eculum Pyrrhæ noua monſtra queſtæ:
O mne cum Proteus pecus egit altos
Viſere monteis:
P iſcium & ſumma genus hæſit ulmo:
N ota quæ ſedes fuerat columbis:
E t ſuperiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ.
V idimus flauum Tyberim retortis

Littore hetruſco uiolenter undis,
Ire deiectum monimenta regis,
Templáq; Veſtæ:
Iliæ dum ſe nimium querenti
Iactat ultorem: uagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante
Vxorius amnis.
Audiet ciues acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ melius perirent:
Audiet pugnas, uitio parentum
Rara, iuuentus.
Quem uocet diuûm populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam?
Cui dabit partes ſcelus expiandi
Iuppiter? tandem uenias precamur
Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo.
Siue tu mauis Erycina ridens,
Quam Iocus circum uolat, & Cupido.
Siue neglectum genus, & nepotes
Reſpicis author,
Heu nimis longo ſatiate ludo:
Quem iuuat clamor, galeæq; leues,
Acer & mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem.
Siue mutata iuuenem figura,
Ales in terris imitaris almæ
Filius Maiæ patiens uocari



Cæſaris ultor:
Serus in cœlum redeas: diuq;
Lætus interſis populo Quirini:
Neue te noſtris uitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat. hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater, atq; princeps:
Neu ſinas Medos equitare inultos
Te duce Cæſar.

IN VIRGILIVM ATHENAS PROFICISCENTEM.

Ode. III. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Choriambicus Gliconius trimeter Acatalecticus, conſtãs è Spõdeo, Choriãbico, et Pyrrhichio, uel Iãbo, ſic.
Sīc tē--dīuă pŏtēns-⏑⏑-cўpri ⏑-
Secundus uero quiſq;, Choriambicus Aſclepiadeus Tetrameter Acatalecticus, è Spondeo, duobus Choriãbis, & Pyrrhichio, uel Iambo, ſic.
Sīc frā-- trēs Hĕlĕnæ -⏑⏑- lūcĭdă sӯ -⏑⏑- dĕră ⏑⏑

-- -⏑⏑- ⏑-
-- -⏑⏑- -⏑⏑- ⏑⏑

I c te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ lucida ſydera,
Ventorumq; regat pater,
Obſtrictis alijs, præter iapyga:
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Vergilium: finibus Atticis

R eddas incolumem precor:
  Et ſerues animæ dimidium meæ.
I lli robur, & æs triplex
  Circa pectus erat: qui fragilem truci
C ommiſit pelago ratem
  Primus: nec timuit præcipitem Africum
D ecertantem aquilonibus,
  Nec triſteis Hyadas, nec rabiem noti:
Q uo non arbiter Adriæ
  Maior: tollere, ſeu ponere uult freta.
Q uem mortis timuit gradum?
  Q ui ſiccis oculis monſtra natantia,
Q ui uidit mare turgidum, et
  Infameis ſcopulos Acroceraunia.
N equidquam deus abſcidit
  Prudens Oceano diſſociabili
T erras: ſi tamen impiæ
  Non tangenda rates tranſiliunt uada.
A udax omnia perpeti
  Gens humana ruit per uetitum nefas.
A udax Iapeti genus
  Ignem fraude mala gentibus intulit.
P oſt ignem ætheria domo
  Subductum, macies, et noua febrium
T erris incubuit cohors:
  Semotiq; prius tarda neceſſitas
L eti corripuit gradum.
  Expertus uacuum Dædalus aëra
P ennis non homini datis.
  Perrupit Achéronta Herculeus labor.



N il mortalibus arduum eſt.
  Cœlum ipſum petimus ſtultitia: neq;
P er noſtrum patimur ſcelus
  Iracunda Iouem ponere fulmina.

## AD P. SESTIVM.

O de. IIII. Dicolos Diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Dactylicus Archilochius Heptameter Acatalectus conſtans è quatuor primis pedibus Spondeis, uel Dactylis indifferenter, ut in uerſu Heroico, deinde è tribus Trochæis, uel Spondeo ultimo, ſic.

S ōluĭtŭr −◡◡ ācrĭs hy̆ −◡◡ ēms grā−−tā uĭcĕ −◡◡ uērĭs −◡ ēt fă −◡ uōnī −−

S ecundus uero quiſq; eſt Archilochius, conſtans ex Pẽthemimere Iambica, ideſt ex Iambo, uel Spondeo, Iambo, & ſyllaba. Deinde è tribus Trochæis, uel Spondeo ultimo, ſic.

T răhūnt ◡− quē ſic −− cās-māchĭ −◡ næ că −◡ rī nās −−

−◡◡ −◡◡ −− −◡◡ −◡ −◡ −−
◡− ◡− − −◡ −◡ −−

O luitur acris Hyems grata uice Veris,
ſ & Fauoni:
  T rahuntq; ſiccas machinæ carinas:
A c neq; iam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni:
  Nec prata canis albicant pruinis.
I am Cytherea choros ducit Venus imminente Luna:
  Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes

Alterno terrā quatiunt pede: dum graueis Cyclopū
  Vulcanus ardens urit officinas.
Nunc decet aut uiridi nitidum caput impedire myrto,
  Aut flore, terræ quem ferunt ſolutæ.
Nunc & in umbroſis Fauno decet immolare lucis,
  Seu poſcat agna, ſiue malit hœdo.
Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
  Regumq; turreis. o'beate Seſti
Vitæ ſumma breuis ſpem nos uetat inchoare longam.
  Iam te premet nox, fabulæq; manes,
Et domus exilis plutonia. quo ſimul mearis:
  Nec regna uini ſortiere talis:
Nec tenerum Lycidam mirabere: quo calet iuuentus
  Nunc omnis: & mox uirgines tepebunt.

## AD PYRRHAM.

O de. V. Tricolos tetraſtrophos. Primi quiq; duo uerſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille, Mecœnas atauis edite regibus. Scanduntur enim ſic.

Quīs mūl--tā grăcĭlīs -◡◡- tē pŭĕr īn-◡◡-
  rŏsā ◡-
Pērſū --sūs lĭquĭdīs -◡◡- ūrgĕt ŏdō -◡◡-
  rĭbŭs ◡◡

Tertius autem quiſq; eſt Pherecratius Heroicus Trimeter Acatalecticus, conſtans è Spondeo, Dactylo, et Spondeo, ſic.

Grātō -- Pȳrrhă sŭb -◡◡ āntrō--

Quartus uero quiſq; eſt Glicomius, qualis ille, Sic te diua potens Cypri. Scanditur enim hoc modo.



Cūi flā--uām rĕlĭgās-◡◡-cŏmăm ◡◡

-- -◡◡- -◡◡- ◡-
-- -◡◡- -◡◡- ◡◡
-- -◡◡ ◡◡
-- -◡◡- ◡◡

Vis multa gracilis te puer in roſa
q Perfuſus liquidis urget odoribus
Grato Pyrrha ſub antro? --
Cui flauam religas comam
Simplex munditijs? heu quoties fidem,
Mutatoſq; deos flebit: & aſpera
Nigris æquora uentis
Emirabitur inſolens:
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui ſemper uacuam, ſemper amabilem
Sperat, neſcius auræ
Fallacis. miſeri quibus
Intentata nites. me tabula ſacer
Votiua paries indicat humida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris deo.

## AD AGRIPPAM.

O de. VI. Dicolos tetraſtrophos. Primi quiq; tres uerſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille, Mecœnas atauis edite regibus. Scanduntur enim hoc modo.

Scrībē--rīs uărĭō -◡◡- fōrtĭs ĕt hō -◡◡-
  stĭŭm ◡◡
Vīctōr -- Mæŏnĭī -◡◡- cārmĭnĭs ā-◡◡-lĭtē ◡◡

Quām rēm -- cūnquĕ fĕrōx -◡◡- nāuĭbŭs,
aūt -◡◡- ĕquīs ◡-

Quartus autem Gliconius, qualis, Sic te diua potens
Cypri. Scanditur autem ſic.

M īlēs -- tē dŭcĕ gēſ -◡◡- sĕrĭt ◡◡

-- -◡◡- -◡◡- ◡◡
-- -◡◡- -◡◡- ◡◡
-- -◡◡- -◡◡- ◡-
-- -◡◡- ◡◡

Criberis Vario fortis, & hoſtium
ſ
Victor, mæonij carminis alite,
Quā rem cunq; ferox nauibus, aut equis
Miles te duce geſſerit.

N os Agrippa, neq; hæc dicere, nec grauem
Pelidæ ſtomachum cedere neſcij,
Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei,
Nec ſæuam Pelopis domum,

C onamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbellisq; lyræ muſa potens uetat
Laudes egregij Cæſaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.

Q uis Martem tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit? aut puluere troico
Nigrum Merionem? aut ope Palladis
Tydiden ſuperis parem?

N os conuiuia, nos prælia uirginum
Sectis in iuuenes unguibus acrium
Cantamus uacui: ſiue quid urimur
Non præter ſolitum leues.



## AD NVMATIVM PLANCVM.

O de. VII. Dicolos Diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus in duas ſyllabas, conſtans ſex pedib. Dactylo, & Spondeo indifferenter in omnibus locis, quanquam in qnto aliquando Spondeus ponitur, & in ſexto Dactylus, ubi etiã ſæpe pro Spondeo Trochæus admittitur, Sed de uerſu Heroico multa diximus in inſtitutionibus noſtris grammaticis. Scanditur autem ſic.

L āudā -- būnt ălĭ -◡◡ ī clā -- rām Rhŏdŏn
-◡◡ aūt Mĭtȳ -◡◡ lēnēn --

S ecundus autem quiſq; eſt Dactylicus Alcmanius Tetrameter Catalecticus, habens quatuor ultimos pedes heroici uerſus, ſic.

A ūt ĕphĕ -◡◡ sūm bĭmă -◡◡ rīs uĕ Cŏ -◡◡
rīnthī --

-- -◡◡ -- -◡◡ -◡◡ --
-◡◡ -◡◡ -◡◡ --

Audabunt alij claram Rhodon, aut Mi-
l
tylenen
Aut Epheſum, bimaris'ue Corinthi

M œnia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos
Inſignes, aut Theſſala tempe.

S unt quibus unum opus eſt intactæ Palladis urbem
Carmine perpetuo celebrare: et

V ndiq; decerptam fronti præponere oliuam.
Plurimus in Iunonis honorem

Aptum dicit equis Argos, diteſq; Mycenas.
Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Lariſæ percuſſit campus opimæ:
Quam domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, & Tyburti lucus, & uda
Mobilibus pomaria riuis.
Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo
Sæpe notus: neq; parturit imbreis
Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, uitæq; labores
Molli Plance mero: ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent: ſeu denſa tenebit
Tyburis umbra tui. Teucer Salamina, patremq;
Cum fugeret: tamen uda lyæo
Tempora populea fertur uinxiſſe corona,
Sic triſteis affatus amicos.
Quo nos cunq; feret melior fortuna parente
Ibimus o ſocij, comiteſq;.
Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro.
Certus enim promiſit Apollo
Ambiguam tellure noua Salamina futuram.
O fortes, peioraq; paſſi
Mecum ſæpe uiri, nunc uino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

## AD LYDIAM.

Ode. VIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus Ariſtophanius Dimeter Acatalecticus, conſtans è Choriambo, & Bacchio, ſiue Amphimacro, hoc modo.



Lȳdĭă dīc -∪∪- pĕr ōmnēis ∪--

Secundus autem quiſq; eſt choriăbicus Alcaicus tetrameter Acatalecticus, conſtans ex Epitrito ſecundo, duob. Choriăbis et bacchio, ſiue Amphibracho, hoc modo.

Tē dĕōs ō-∪--rō Sȳbărīm-∪∪- cūr prŏpĕrēs
-∪∪- ămāndō ∪--
-∪∪- ∪--
-∪-- -∪∪- -∪∪- ∪--

Y dia dic per omneis
l Te deos oro: Sybarim cur propes amãdo
Perdere: cur apricum
Oderit campum patiens pulueris, atq; ſolis.
Cur neq; militaris
Inter æqualeis equitet: gallica nec lupatis
Temperet ora frenis.
Cur timet flauum Tyberim tangere: cur oliuum
Sanguine uiperino
Cautius uitat: neq; iam liuida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito.
Quid latet, ut marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lachrymoſa Troiæ
Funera: ne uirilis
Cultus in cædem, & lycias proriperet cateruas.

## AD THALIARCHVM.

Ode. IX. Tricolos tetraſtrophos. Primi quique duo uerſus ſunt Dactylici Alcmanij Acatalectici, qui con

ſtant penthemimere Iambica, ideſt ex Iābo uel Spondeo. Iambo, & ſyllaba, quæ dicitur cæſura, deinde duobus Dactylis, uel ultimo Amphimacro, hoc mō.

V ĭdēs ⏑– ŭt āl ⏑– tā – ſtēt nĭuĕ –⏑⏑ cān-
dĭdŭm –⏑⏑

S ŏrā ⏑– ctĕ, nēc ⏑– iām – sūſtĭnĕ –⏑⏑ ānt ŏnŭs –⏑⏑

T ertius autem quiſq; eſt Iambicus Archilochius Dimeter Hypercatalectus, conſtans quatuor pedibus. primo & tertio, Iambo uel Spondeo. ſecundo & quarto, Iābo duntaxat, deinde ſupereſt ſyllaba, hoc mō.

S ȳluæ –– lăbō ⏑– rāntēs –– gĕlū ⏑– quĕ ⏑

Q uartus uero quiſq; eſt Dactylicus Alcmanius Acatalectus conſtans ex Dimetro Heroico, & Dimetro Trochaico, ideſt è duob. Dactylis, & duobus Trochæis, ultimo ſpondeo, hoc modo.

F lūmĭnă –⏑⏑ cōnſtĭtĕ –⏑⏑ rīnt ă –⏑ cūtō ––

⏑– ⏑– – –⏑⏑ –⏑⏑
⏑– ⏑– – –⏑⏑ –⏑⏑
–– ⏑– –– ⏑– ⏑
–⏑⏑ –⏑⏑ –⏑ ––

Ides ut alta ſtet niue candidum
u Soracte: nec iam ſuſtineant onus
Syluæ laborantes: geluq;
Flumina conſtiterint acuto.
D iſſolue frigus, ligna ſuper foco
Large reponens: atq; benignius
Deprome quadrimum ſabina
O Thaliarche merum dyota.
P ermitte diuis cætera. qui ſimul



Strauere uentos æquore feruido
Deprælians: nec cupreſſi,
Nec ueteres agitantur orni.
Q uid ſit futurum cras fuge quærere: et
Quem ſors dierum cunque dabit, lucro
Appone: nec dulceis amores
Sperne puer: neque tu choreas:
D onec uirenti canities abeſt
Moroſa. nunc & campus, & areæ,
Leneſq; ſub noctem ſuſurri,
Compoſita repetantur hora.
N unc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo:
Pignuſq; direptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

## IN MERCVRIVM.

O de. X. Dicolos tetraſtrophos, ut Iam ſatis terris.

–⏑ –– –⏑⏑ –⏑ –⏑
–⏑ –– –⏑⏑ –⏑ –⏑
–⏑ –– –⏑⏑ –⏑ –⏑
–⏑⏑ ––

Ercuri facunde nepos Atlantis,
m Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ:
Te canam magni Iouis, & deorum,
Nuntium, curuæq; lyræ parentem,
Callidum quidquid placuit iocoſo

Condere furto.
T e, boueis olim niſi reddidiſſes
P er dolum amotas, puerum minaci
V oce dum terret: uiduus pharetra,
Riſit Apollo.
Q uin & Atreidas duce te ſuperbos
I lio diues Priamus relicto,
T heſſalosq; igneis, & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit.
T u pias lætis animas reponis
S edibus: uirgáq; leuem coerces
A urea turbam, ſuperis deorum
Gratus, & imis.

## AD LEVCONOEN.

O de. XI. Monocolos. Sunt enim omnes uerſus choriambici Alcaici Pentametri Acatalectici, qui conſtant Spondeo, tribus Choriambis, & Pyrrhichio, uel Iambo, hoc modo.

T ūnē -- quæsĭĕrĭs -∪∪- ſcīrĕ nĕfās
-∪∪- quēm mĭhĭ quēm -∪∪- tibi ∪∪
Fīnēm -- dī dĕdĕrīnt -∪∪- Leūcŏthŏē
-∪∪- nēc băbўlō -∪∪- nĭōs ∪-
-- -∪∪- -∪∪- -∪∪- ∪∪
-- -∪∪- -∪∪- -∪∪- ∪-

t V ne quæſieris ſcire, nefas, quē mihi, quē tibi
Finem di dederint Leuconoe: nec Babylonios
T entaris numeros; ut melius quidquid erit pati:
Seu plures



S eu plures Hyemes, ſeu tribuit Iuppiter ultimam:
Q uæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare
T yrrhenum. ſapias: uina liques: & ſpacio breui
S pem longam reſeces. dum loquimur, fugerit inuida
A etas. carpe diem, quam minimum credula poſtero.

O de. XII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris.

-∪ -- -∪∪ -∪ --
-∪ -- -∪∪ -∪ --
-∪ -- -∪∪ -∪ -∪
-∪∪ --

q Vem uirum, aut héroa, lyra, uel acri
Tibia ſumis celebrare Clio?
Quem deum? cuius recinet iocoſa
Nomen imago,
A ut in umbroſis Heliconis oris,
A ut ſuper Pindo, gelido'ue in Hæmo?
V nde uocalem temere inſecutæ
Orphe'a ſyluæ,
A rte materna rapidos morantem
F luminum lapſus, celeresq; uentos,
B landum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Q uid prius dicam ſolitis parentum
L audibus? qui res hominum, ac deorum,
Q ui mare, & terras, uariiſq; mundum
Temperat horis?
V nde nil maius generatur ipſo:

N ec uiget quidquam ſimile, aut ſecundum.
P roximos illi tamen occupauit
Pallás honores.
P rælijs audax neq; te ſilebo
L iber ? & ſæuis inimica uirgo
B elluis ? nec te metuende certa
Phœbe ſagitta ?
D icam & Alciden, puerosq; Ledæ,
H unc equis, illum ſuperare pugnis
N obilem ? quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit :
D efluit ſaxis agitatus humor :
C oncidunt uenti : fugiuntq; nubes :
E t minax, quod ſic uoluere, ponto
Vnda recumbit.
Romulum poſt hos prius, an quietum
P ompili regnum memorem, an ſuperbos
T arquini faſceis, dubito, an Catonis
Nobile letum.
R egulum, & Scauros, animæq; magnæ
P rodigum Paulum ſuperante Pœno,
G ratus inſigni referam camœna,
Fabriciumq;.
H unc, & incomptis Curium capillis
V tilem bello tulit, & Camillum
S æua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.
C reſcit occulto uelut arbor æuo
F ama Marcelli. micat inter omneis
I ulium ſydus, uelut inter igneis



Luna minores.
G entis humanæ pater, atq; cuſtos
O rte Saturno, tibi cura magni
C æſaris fatis data: tu ſecundo
Cæſare regnes.
I lle ſeu Parthos latio imminenteis
E gerit iuſto domitos triumpho :
S iue ſubiectos orientis oris
Seras, & Indos :
T e minor latum reget æquus orbem :
T u graui curru quaties olympum :
T u parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

## AD LYDIAM.

O de. XIII. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -uu- u-
-- -uu- -uu- u-

Vm tu Lydia Telephi
C Ceruicem roſeam, cerea Telephi
Laudas brachia: uæ, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
T unc nec mens mihi, nec color
Certa ſede manet: humor et ingenas
F urtim labitur, arguens,
Q uam lentis penitus macerer ignibus.

V ror, ſeu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ mero
R ixæ: ſiue puer furens
Impreſſit memorem dente labris notam.
N on, ſi me ſatis audias:
Speres perpetuum dulcia barbare
L ædentem oſcula: quæ Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.
F elices ter & amplius:
Quos irrupta tenet copula: nec malis
D iuulſus querimonijs,
Suprema citius ſoluet amor die.

## IN BRVTVM BELLVM CIVILE REPARANTEM.

O de. XIIII. Tricolos tetraſtrophos, ut,
Quis multa gracilis te puer in roſa.

-- -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- u-
-- -uu -u
-- -uu- uu

Nauis referent in mare te noui
O Fluctus. ó quid agis, fortiter occupa
Portum. non'ne uides, ut
Nudum remigio latus?
E t malus celeri ſaucius Africo,
Antennæq; gemant? ac ſine funibus
Vix durare carinæ
Poſſint. imperioſius



A equor. non tibi ſunt integra lintea:
Non di: quos iterum preſſa uoces malo.
Quamuis pontica pinus
Syluæ filia nobilis
I actes & genus, & nomen inutile,
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. tu niſi uentis
Debes ludibrium, caue.
N uper ſollicitum, quæ mihi tædium,
Nunc deſyderium, curáq; non leuis
Interfuſa nitentes
Vites æquora cycladas.

## NEREI VATICINIVM.

O de. XV. Dicolos tetraſtrophos, ut Scriberis Varie fortis & hoſtium.

-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- u-
-- -uu- uu

Aſtor cum traheret per freta nauibus
P Idæis Helenen perfidus hoſpitam:
Ingrato celeres obruit otio
Ventos: ut caneret fera
N ereus fata. Mala ducis aui domum:
Quam multo repetet Græcia milite
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami uetus.
H eu quantus equis, quantus adeſt uiris

Sudor: quanta moues funera dardanæ
Genti. iam galeam Pallàs, & ægida,
Curruſq́;, & rabiem parat.
N equidquam Veneris præſidio ferox
Pectes cæſariem: grataq́; fœminis
Imbelli cithara carmina diuides.
Nequidquam thalamo grauers
H aſtas, & calami ſpicula gnoſij
Vitabis, ſtrepitumq́;, & celerem ſequi
Aiacem. tamen heu ſerus adulteros
Crineis puluere collines.
N on Laertiaden exitium tuæ
Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis?
Vrgent impauidi te Salaminius,
Teucerq́;, & Sthelenus ſciens
P ugnæ: ſiue opus eſt imperitare equis,
Non auriga piger. Merionen quoq;
Noſces. ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre.
Q uem tu, ceruus uti uallis in altera
Viſum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu
Non hoc pollicitus tuæ.
I racunda diem proferet Ilio,
Matroniſq; Phrygum claſſis Achillei.
Poſt certas hyemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

## PALINODIA AD TYNDARIDEM.



O de. XVI. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta
ſtet niue candidum.

–– ⏑– – –⏑⏑ –⏑⏑
–– ⏑– – –⏑⏑ / –⏑⏑
–– ⏑– –– ⏑– –
–⏑⏑ –⏑⏑ –⏑ ––

Matre pulchra filia pulchrior,
o Q uem criminoſis cunq; uoles modum
Pones iambis: ſiue flamma,
Siue mari libet Adriano.
N on Dindymene, non adytis quatit
Mentem ſacerdotum incola Pythius,
Non liber æque: non acuta
Sic geminant corybantes æra:
T riſtes ut iræ: quas neq; noricus
Deterret enſis, nec mare naufragum,
Næc ſæuus ignis, nec tremendo
Iuppiter ipſe ruens tumultu.
F ertur Prometeu's addere principi
Limo coactus particulam undiq;
Deſectam: & inſani leonis
Vim ſtomacho apposuiſſe noſtro.
I ræ Thyeſten exitio graui
Strauere: & altis urbibus ultimæ
Stetere cauſæ: cur perirent
Funditus: imprimeretq́; muris
H oſtile aratrum exercitus inſolens.
Compeſce mentem. me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta

Feruor: & in celeres iambos
M iſit furentem. nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia: dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs: animumq; reddas.

## AD TYNDARIDEM.

O de. XVII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– –  ◡ –  –  – ◡ ◡  – ◡ ◡
– –  ◡ –  –  – ◡ ◡  – ◡ ◡
– –  ◡ –  – –  ◡ –  –
– ◡ ◡  – ◡ ◡  – ◡  – –

Elox amœnum ſæpe Lucretilem
u Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit æſtatem capellis
Vſq; meis, pluuioſq; uentos.
I mpune tutum per nemus arbutos,
Quærunt latenteis, & thyma deuiæ
Olentis uxores mariti:
Nec uirideis metuunt colubros,
N ec martialeis hædilia lupos:
Vtcunque dulci Tyndari fiſtula
Valles, & Vſticæ cubantis
Leuia perſonuere ſaxa,
D i me tuentur: dis pietas mea,
Et muſa cordi eſt. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno





Ruris honorum opulenta cornu.
H ic in reducta ualle, caniculæ
Vitabis æſtus: & fide Teia
Dices laboranteis in uno
Penelopen, uitreamq; Circen.
H ic innocentis pocula Leſbij
Duces ſub umbra: nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum
S uſpecta Cyrum: ne male diſpari
Incontinenteis inijciat manus:
Et ſcindat hærentem coronam
Crinibus, immeritamq; ueſtem.

## AD VARUM.

O de. XVIII. Monocolos, ut, Tu ne quæſieris ſcire nefas, quem mihi, quem tibi.

– –  – ◡ ◡ –  – ◡ ◡ –  – ◡ ◡ –  ◡ ◡

Vllam Vare ſacra uite prius ſeueris arborem
n Circa mite ſolum Tyburis, et mœnia Catili.
Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neq;
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.
Quis poſt uina grauē militiā, aut pauperiē icrepet?
Quis nō te potius Bacche pater, teq; decens Venus?
A t nequis modici tranſiliat munera liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata: monet Sithonijs non leuis Euius:
Cum fas, atq; nefas exiguo fine libidinum

D iſcernunt auidi. non ego te candide Baſſareu
I nuitum quatiam: nec uarijs obſita frondibus
S ub diuum rapiam. ſæua tene cum Berecyntio
C ornu tympana: quæ ſubſequitur cæcus amor ſui
A ttollens uacuum plus nimio gloria uerticem,
A rcaniq; fides prodiga perlucidior uitro.

## DE GLYCERA.

O de. XIX. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -∪∪- ∪∪
-- -∪∪- -∪∪- ∪∪

A ter ſæua cupidinum,
m Thebanæq; iubet me Semeles puer
E t laſciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.
V rit me Glyceræ nitor
Splendentis pario marmore purius:
V rit grata proteruitas,
Et uultus nimium lubricus aſpici.
I n me tota ruens Venus,
Cyprum deſeruit: nec patitur Scythas,
E t uerſis animoſum equis
Parthum dicere: nec quæ nihil attinent.
H ic uiuum mihi ceſpitem, hic
Verbenas pueri ponite, thuráq;
B imi cum patera meri.
Mactata ueniet lenior hoſtia.



## AD MECOENATEM.

O de. XX. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

-∪ -- -∪∪ -∪ -∪
-∪ -- -∪∪ -∪ --
-∪ -- -∪∪ -∪ --
-∪∪ -∪

Ile potabis modicis ſabinum
u Cantharis: græca quod ego ipſe teſta
Conditum leui: datus in theatro
Cum tibi plauſus
C are Mecœnas eques: ut paterni
F luminis ripæ, ſimul & iocoſa
R edderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
C æcubum, & prælo domitam Calæno
T u bibes uuam. mea nec Falernæ
T emperant uites, neq; Formiani
Pocula colles.

## IN DIANAM ET APOLLINEM.

O de. XXI. Tricolos tetraſtrophos, ut, Quis multa gracilis te puer in roſa.

-- -∪∪- -∪∪- ∪-
-- -∪∪- -∪∪- ∪∪
-- -∪∪--
-- -∪∪- ∪-

*Ianam teneræ dicite Virgines:*
d *Intonſum pueri dicite Cynthium,*
*Latonamq; ſupremo*
*Dilectam penitus Ioui.*
V *os lætam fluuijs, & nemorum coma*
*Quæcunq; aut gelido prominet Algido,*
*Nigris aut Erymanthi*
*Syluis, aut uiridis Gragi.*
V *os tempe totidem tollite laudibus,*
*Natalemq; mares Delon Apollinis,*
*Inſignemq; pharetra,*
*Fraternaq; humerum lyra.*
H *ic bellum lachrymoſum, hic miſeram famem,*
*Peſtemq;, à populo, & principe Cæſaræ in*
*Perſas, atq; Britãnos*
*Veſtra motus aget prece.*

AD ARISTIVM.

O *de.* XXII. *Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.*

—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪∪ ——

*Nteger uitæ, ſceleriſq; purus*
i *Non eget mauri iaculis, nec arcu,*
*Nec uenenatis grauida ſagittis*
*Fuſce pharētra:*



S *iue per ſyrteis iter æſtuoſas,*
S *iue facturus per inhoſpitalem*
C *aucaſum: uel quæ loca fabuloſus*
*Lambit Hydaſpes.*
N *amq; me ſylua lupus in ſabina,*
D *um meam canto Lalagen: & ultra*
T *erminum curis uagor expeditus:*
*Fugit inermem.*
Q *uale portentum neq; militaris*
D *aunia in latis alit Aeſculetis:*
N *ec Iubæ tellus generat, leonum*
*Arida nutrix.*
P *one me pigris ubi nulla campis*
A *rbor æſtiua recreatur aura:*
Q *uod latus mundi nebulæ, maluſq;*
*Iuppiter urget:*
P *one ſub curru nimium propinqui*
S *olis in terra domibus negata:*
D *ulce ridentem Lalagen amabo,*
*Dulce loquentem.*

AD CHLOEN.

O *de.* XXIII. *Tricolos tetraſtrophos, ut, Quis multa gracilis te puer in roſa.*

—— —∪∪— —∪∪— ∪—
—— —∪∪— —∪∪— ∪—
—— —∪∪ ——
—— —∪∪— ∪—

Itas hinnuleo me ſimilis Chloe,
u Quærenti pauidam montibus auijs
Matrem, non ſine uano
Aurarum, & ſyluüæ metu.
N am ſeu mobilibus ueris inhorruit
Aduentus folijs: ſeu uirides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde, & genibus tremit.
A tqui non ego te tigris ut aſpera,
Getulus'ue leo frangere perſequor.
Tandem deſine matrem
Tempeſtiua ſequi uiro.

## AD VIRGILIVM.

O de. XXIIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis Vario fortis & hoſtium.

–– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– ∪∪

Vis deſyderio ſit pudor, aut modus
q Tam cari capitis, præcipe lugubres
Cantus Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
E rgo Quintilium perpetuus ſopor
Vrget? cui pudor, & iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides, nudaq; ueritas,
Quando ullum inuenient parem?



M ultis ille quidem flebilis occidit:
Nulli flebilior, quam tibi Virgili.
Tu fruſtra pius, heu, non ita creditum,
Poſcis Quintilium deos.
Quod ſi Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem:
Non uanæ redeat ſanguis imagini:
Quam uirga ſemel horrida
N on lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
Durum, ſed leuius fit patientia,
Quidquid corrigere eſt nefas.

## AD LYDIAM.

O de. XXV. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ –∪

Arcius iunctas quatiunt feneſtras
p Ictibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi ſomnos adimunt: amatq;
Ianua limen:
Quæ prius multum faciles mouebat
Cardines. audis minus, & minus iam.
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis.
I nuicem mœchos anus arrogantes

F lebis, in ſolo leuis angiportu,
T hracio bacchante magis ſub inter-
lunia uento:
C um tibi flagrans amor, & libido,
Quæ ſolet matres furiare equorum:
S æuiet circa iecur ulcæroſum,
Non ſine queſtu,
L æta qđ pubes edera uirenti
G audeat: pulla magis atq; myrto,
A ridas frondeis hyemis ſodali
Dedicet Hebro.

DE AELIO LAMIA.

O de. XXVI. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ᴗ- - -ᴗᴗ -ᴗ-
-- ᴗ- - -ᴗᴗ -ᴗᴗ
-- ᴗ- -- ᴗ- -
-ᴗᴗ -ᴗᴗ -ᴗ --

V ſis amicus, triſtitiam, & metus
m Tradam proteruis in mare Cre-
ticum
P ortare uentis, quis ſub arcto
R ex gelidæ metuatur oræ:
Q uid Tyridatem terreat: unicè
S ecurus. o' quæ fontibus integris
G audes, apricos necte flores:
N ecte meo Lamiæ coronam

Pimplea



P implea dulcis. nil ſine te mei
P roſunt honores. hunc fidibus nouis,
H unc leſbio ſacrare plectro,
T eq;, tuaſq; decet ſorores.

O de. XXVII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ᴗ- - -ᴗᴗ -ᴗ-
-- ᴗ- - -ᴗᴗ -ᴗᴗ
-- ᴗ- -- ᴗ- ᴗ
-ᴗᴗ -ᴗᴗ -ᴗ --

A tis in uſum lætitiæ ſcyphis
n Pugnare, Thracum eſt. tollite barbarum
Morem: uerecundumq; bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
V ino, & lucernis medus Acinaces
Immane quantum diſcrepat. impium
Lenite clamorem ſodales:
Et cubito remanete preſſo.
V ultis ſeueri me quoq; ſumere
Partem falerni? dicat opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere: qua pereat ſagitta.
C eſſat uoluntas: non alia bibam
Mercede. quæ te cunq; domat Venus:
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: ingenuoq; ſemper
A more peccas. quidquid habes, age
Depone tutis auribus. ah miſer

Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.
Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus uenenis, quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chimæræ.

O de. XXVIII. Dicolos diſtrophos, ut, Laudabunt
Alij claram Rhodon, aut Mitylenen.

-- | -uu | -- | [illegible] -uu | -uu | -- |
-- -uu -- --

E maris & terræ, numeroq́; carentis
arenæ
Menſorem cohibent Archita
Pulueris exigui propè littus parua matinum
Munera: nec quidquam tibi prodeſt
Aerias tentaſſe domos, animoq́; rotundum
Percurriſſe polum morituro.
Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum:
Tithonusq́; remotus in auras:
Et Iouis arcanis Minos admiſſus: habentq́;
Tartara Panthoiden iterum Orco
Demiſſum: quamuis Clypeo Troiana refixo
Tempora teſtatus, nihil ultra
Neruos, atq; cutem morti conceſſerat atræ,
Iudice te, non ſordidus autor
Naturæ, ueriq;. Sed omnes una manet nox:
Et calcanda ſemel uia leti.



Dant alios Furiæ toruo ſpectacula Marti.
Exitio eſt auidis mare nautis.
Miſta ſenum, ac iuuenum denſantur funera. nullum
Sæua caput Proſerpina fugit.
Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
At tu nauta uagæ ne parce malignus arenæ
Oſſibus, & capiti inhumato
Particulam dare. ſic quodcunq; minabitur Eurus,
Fluctibus Heſperijs: Venuſinæ
Plectantur ſyluæ te ſoſpite: multaq́; merces,
Vnde poteſt, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunoq́; ſacri cuſtode Tarenti.
Negligis, immeritis nocituram
Poſtmodo te natis fraudem committere. fors &
Debita iura, uiceſq́; ſuperbæ
Te maneant ipſum. precibus non linquar inultis:
Teq́; piacula nulla reſoluent.
Quanquam feſtinas: non eſt mora longa: licebit
Iniecto ter puluere curras.

## AD ICCIVM.

Ode. XXIX. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- u- - -uu -u-
-- u- - -uu -u-
-- u- -- u- -
-uu -uu -u --

Icci beatis nunc Arabum inuides
Gazis: & acrem militiam paras:
Non ante deuictis Sabeæ
Regibus, horribiliq; Medo
Nectis cathenas. quæ tibi uirginum
Sponſo necato Barbara ſeruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad Cyathum ſtatuetur unctis,
Doctus ſagittas tendere ſericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus? & Tyberim reuerti?
Cum tu coemptos undiq; nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare Loricas Hiberis
Pollicitus meliora tendis?

## AD VENEREM.

O de. XXX. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–◡ –– –◡◡ –◡ –◡
–◡ –– –◡◡ –◡ –◡
–◡ –– –◡◡ –◡ –◡
–◡◡ –◡

O Venus regina Gnidi, Paphiq;,
Sperne dilectam Cypron: & uocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.



Feruidus tecum puer, & ſolutis
Gratiæ Zonis, properentq; Nymphæ,
Et parum comis ſine te iuuentas,
Mercuriuſq;.

O de. XXXI. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ◡– – –◡◡ –◡◡
–– ◡– – –◡◡ –◡◡
–– ◡– –– ◡– –
–◡◡ –◡◡ –◡ ––

Quid dedicatum poſcit Apollinem
Vates? quid orat de patera nouum
Fundens liquorem? non opimæ
Sardiniæ ſegetes feraces:
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum, aut ebur Indicum:
Non rura, quæ Lyris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.
Premant calena falce, quibus dedit
Fortuna uitem: diues & aureis
Mercator exſiccet culullis
Vina ſyra reparata merce,
Dis carus ipſis: quippe ter & quater
Anno reuiſens æquor Atlanticum
Impune. me paſcunt oliuæ:
Me cicorea, leueſq; maluæ.
Frui paratis & ualido mihi
Latoe dones, at precor integra

Cum mente, nec turpem ſenectam
Degere, nec Cithara carentem.

O de. XXXII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

-u -- -uu -u --
-u -- -uu -u -u
-u -- -uu -u -u
-uu -u

Oſcimus, ſiquid uacui ſub umbra,
p Luſimus tecum: quod & hunc in
annum
Viuat, & plureis: age dic Latinum
Barbite carmen,
Leſbio primum modulate cui:
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Siue iactatam religarat udo
Littore Nauim:
Liberum, & muſas, uenereḿq;, & illi
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum nigris oculis, nigróq;
Crine decorum.
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, o' laborum
Dulce lenimen, mihi cunq; ſalue
Rite uocanti.

AD ALBIVM TI-
BVLLVM.



O de. XXXIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis Vario fortis, & hoſtium.

-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- uu
-- -uu- uu

Lbi ne doleas plus nimio memor
a Immitis Glyceræ: neu miſerabileis
Decantes elegos: cur tibi iunior
Læſa præniteat fide.
Inſignem tenui fronte Lycorida,
Cyri torret amor: Cyrus in aſperam
Declinat Pholoen. ſed prius appulis
Iungentur capreæ lupis:
Quam turpi Pholoe peccet adultero.
Sic uiſum Veneri: cui placet impares
Formas, atq; animos, ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.
Ipſum me melior cum peteret uenus:
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis calabros ſinus.

O de. XXXIIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- -u - --u -u-
-- u- - -uu -u-
-- u- -- u- u
-uu -uu -u --

p Arcus Deorum cultor, & infrequens,
Inſanientis dum ſapientiæ
Conſultus erro: nunc retrorſum
Vela dare: atq; iterare curſus
C ogor relictos. nanq; dieſpiter
Igni coruſco nubila diuidens,
Plerunq; per purum tonanteis
Egit equos, uolucremq́; currum:
Q uo bruta tellus, & uaga flumina,
Quo ſtyx, & inuiſi horrida tænari
Sedes, atlanteusq́; finis
Concutitur. ualet ima ſummis
M utare: & inſignem attenuat deus
Obſcura promens. hinc apicem rapax
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit: hic poſuiſſe gaudet.

## AD FORTVNAM.

O de. XXXV. Tricolos tetraſtrophos, ut Præcedens.

-- ∪- - -∪∪ -∪∪
-- ∪- - -∪∪ -∪-
-- ∪- -- ∪- -
-∪∪ -∪∪ -∪ --

o Diua, gratum quæ regis Antium:
Præſens uel imo tollere de gradu
Mortale corpus: uel ſuperbos
Vertere funeribus triumphos:
T e pauper ambit ſollicita prece



Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunq; bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.
T e Dacus aſper, te profugi ſcythæ,
Vrbesq́;, gentesq́;, & latium ferox,
Regumq́; matres barbarorum, &
Purpurei metuunt Tyranni:
I niurioſo ne pede proruas
Stantem columnam: neu populus frequens
Ad arma ceſſanteis ad arma
Concitet: imperiumq́; frangat.
T e ſemper anteit ſæua neceſſitas,
Clauos trabaleis, & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumq́; plumbum.
T e ſpes, & albo rara, fides colit
Velata panno: nec comitem abnegat:
Vtcunq; mutata potenteis
Veſte domos inimica linquis.
A t uulgus infidum, & meretrix retro
Periura cedit. diffugiunt cadis
Cum fece ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi.
S erues iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britãnos, & iuuenum recens
Examen eois timendum
Partibus, oceanoq́; rubro.
E heu cicatricum, & ſceleris pudet,
Fratrumq́;. quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefaſti

Liquimus? unde manus iuuentus
M etu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? o'utinam noua
Incude diffingas retuſum in
Maſſagetas, Arabaſq; ferrum.

O de. XXXVI. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

– – –∪∪– ∪∪
– – –∪∪– –∪∪– ∪–

T thure, & fidibus iuuat
e Placare, & uituli ſanguine debito
C uſtodes Numidæ deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima
C aris multa ſodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oſcula:
Quam dulci Lamiæ, memor
Actæ non alio rege puertiæ,
M utatæq; ſimul togæ.
Creſſa ne careat pulchra dies nota:
N eu prompte modus amphoræ,
Neu morem in ſalium ſit requies pedum:
N eu multi Damalis meri
Baſſum Threicia uincat Amyſtide:
N eu deſint epulis roſæ:
Neu uiuax apium, neu breue lilium.
O mnes in Damalim putres
Deponent oculos: nec Damalis nouo
D iuelletur adultero,
Laſciuis ederis ambitioſior.



O de. XXXVII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪– – –∪∪ –∪–
– – ∪– – –∪∪ –∪∪
– – ∪– – – ∪– ∪
–∪∪ –∪∪ –∪ – –

Vnc eſt bibendum: nunc pede libero
n Pulſanda tellus: nunc ſaliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus ſodales.
A ntehac nefas depromere cæcubum
Cellis auitis: dum Capitolio
Regina dementeis ruinas,
Funus & imperio parabat,
C ontaminato cum grege turpium
Morbo uirorum quodlibet impotens
Sperare, fortunaq; dulci
Ebria. ſed minuit furorem
V ix una ſoſpes nauis ab ignibus:
Mentemq; lymphatam mareotico
Redegit in ueros timores
Cæſar ab Italia uolantem
R emis adurgens: accipiter uelut
Molleis columbas, aut leporem citus,
Venator in campis niualis
Hemoniæ: daret ut cathenis
F atale monſtrum. quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter

Expauit enſem: nec latenteis
Claſſe cita reparauit oras.
A uſa & iacentem uiſere regiam
Vultu ſereno fortis, & aſperas
Tractare ſerpenteis: ut atrum
Corpore combiberet uenenum:
D eliberata morte ferocior
Sæuis Liburnis, ſcilicet inuidens
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

## AD PVERVM.

O de. XXXVIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪∪ —∪

P Erſicos odi puer apparatus:
Diſplicent nexæ Philyra coronæ:
Mitte ſectari roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo. neq; te miniſtrum
Dedecet myrtus, neq; me ſub arcta
Vite bibentem.



# Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER SECVNDVS.

## AD ASINIVM POLLIONEM.

O de. I. Tricolos tetraſtrophos, ut, vides ut alta ſtet niue candidum.

—— ∪— — —∪∪ —∪∪
—— ∪— — —∪∪ —∪—
—— ∪— —— ∪— ∪
—∪∪ —∪∪ —∪ —∪

M Otum ex Metello Conſule ciuicum,
Belliq; cauſas, & uitia, & modos,
Ludumq; Fortunæ, grauesq;
Principum amicitias, & arma
N ondum expiatis uncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus aleæ,
Tractas: & incedis per igneis
Suppoſitos cineri doloſo.
P aulum ſeueræ muſa tragœdiæ
Deſit theatris: mox, ubi publicas
Res ordinaris: grande munus
Cecropio repetes cothurno,
I nſigne mœſtis præſidium reis,
Et conſulenti Pollio curiæ:

Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
I am nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aureis: iam litui ſtrepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumq; uultus.
A udire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere ſordidos:
Et cuncta terrarum ſubacta,
Præter atrocem animum Catonis.
I uno, & Deorum quiſquis amicior
Afris inulta ceſſerat impotens
Tellure: uictorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthæ.
Q uis non latino ſanguine pinguior
Campus ſepulchris impia prælia
Teſtatur? auditumq; Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ?
Q ui gurges? aut quæ flumina lugubris
Ignara belli? quod mare Dauniæ
Non decolorauere cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?
S ed ne relictis muſa procax iocis
Ceæ retractes munera neniæ:
Mecum dionæo ſub antro
Quære modos leuiore plectro.



## AD CRISPVM SAL-LVSTIVM.

O de. II. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–u –– –uu –u ––
–u –– –uu –u ––
–u –– –uu –u ––
–uu ––

Vllus argento color eſt auaris
n Abdito terris inimicæ lamnæ
Criſpe Salluſti: niſi temperato
Splendeat uſu.
V iuet extento Proculeius æuo,
N otus in fratres animi paterni.
I llum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.
L atius regnes auidum domando
S piritum: quam ſi Libyam remotis
G adibus iungas: et uterq; pœnus
Seruiat uni.
C reſcit indulgens ſibi dirus hydrops:
N ec ſitim pellit: niſi cauſa morbi
F ugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore langor.
R edditum Cyri ſolio Phraotes
D iſſidens plebi, numero beatorum
E ximit uirtus: populumq; falſis
Dedocet uti

Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deferens uni, propriamq; laurum:
Quiſquis ingenteis oculo irretorto
Spectat aceruos.

AD QV. DELIVM.

O de. III. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

∪– ∪– – –∪∪ –∪–
∪– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– –– ∪– ∪
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

Equam memento rebus in arduis
a Seruare mentem: non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli
S eu mœſtus omni tempore uixeris:
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni:
Quo pinus ingens, albaq; populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis: quo obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
H uc uina, & unguenta, & nimium breuis
Flores amœnæ ferre iube roſæ:
Dum res, & ætas, & ſororum
Fila trium patiuntur atra.

Cedes



C edes cœmptis ſaltibus, & domo,
Villáq;, flauus quam Tyberis lauit:
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
D iues ne priſco natus ab Inacho
Nil intereſt: an pauper, & infima
De gente ſub dio moreris,
Victima nil miſerantis Orci.
O mnes eodem cogimur: omnium
Verſatur urnã: ſerius, ocyus
Sors exitura: & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

AD XANTHIAM PHOCEVM.

O de. IIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ –∪

E ſit ancillæ tibi amor pudori
n Xanthia Phoceú. prius inſolentem
Serua Briſeis niueo colore
Mouit Achillem.
M ouit Aiacem Telamone natum
F orma captiuæ dominum Tecmeſſæ.
A rſit Atreides medio in triumpho
Virgine rapta:

B arbaræ poſtquam cecidere turmæ
T heſſalo uictore: & ademptus Hector,
T radidit feſſis leuiora tolli
    Pergama graijs.
N eſcias an te generum beati
P hyllidis flauæ decorent parentes.
R egum certe genus, & penateis
    Mœret iniquos.
C rede non illam tibi de ſceleſta
P lebe delectam: neq; ſic fidelem,
S ic lucro aduerſam potuiſſe naſci
    Matre pudenda.
B rachia, & uultum, tereteſq; ſuras
I nteger laudo: fuge ſuſpicari,
C uius octauum trepidauit ætas,
    Claudere luſtrum.

REVOCANDAM ESSE MENTEM à deſyderio Virginis immaturæ.

O de. V. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪

n Ondum ſubacta ferre iugum ualet
Ceruice: nondum munia comparis



Aequare: nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
C irca uirenteis eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuijs grauem
Solantis æſtum, nunc in udo
Ludere cum uitulis ſalicto
P rægeſtientis. tolle cupidinem
Immitis uuæ: iam tibi liuidos
Diſtinguet autumnus racemos
Purpureo uarius colore.
I am te ſequetur. currit enim ferox
Aetas: & illi, quos tibi dempſerit,
Apponet annos. iam proterua
Fronte petet Lalage maritum
D ilecta, quantum non Pholoe fugax,
Non Chloris, albo ſic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, gnidius'ue Gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro:
Mire ſagaceis falleret hoſpites,
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoq; uultu.

AD SEPTIMIVM.

O de. VI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – ∪
– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – ∪
– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – ∪
– ∪ ∪ – ∪

Septimi Gades aditure mecum et
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra, et
Septimi Gades aditure mecum

Barbaras ſyrteis, ubi Maura ſemper
Aeſtuat unda:
T ybur Argeo poſitum colono
S it meæ ſedes utinam ſenectæ:
S it modus laſſo maris, & uiarum,
Militiæq;.
V nde ſi parcæ prohibent iniquæ:
D ulce pellitis ouibus Galeſi
F lumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
I lle terrarum mihi præter omneis
A ngulus ridet: ubi non Hymetto
M ella decedunt: uiridiq; certat
Bacca Venafro:
V er ubi longum, tepidasq; præbet
I uppiter brumas: & amicus Aulon,
F ertili Baccho minimum Falernis
Inuidet uuis.
I lle te mecum locus, & beatæ
P oſtulant arces: ibi tu calentem
D ebita ſparges lacryma fauillam
Vatis amici.

AD POMPEIUM VARUM.

O'de. VII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ ∪
– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ ∪
– –  ∪ –  – –  ∪ –  ∪
– ∪ ∪  – ∪ ∪  – ∪  – –



Sæpe mecum tempus in ultimum
O Deducte Bruto militiæ duce,
Quis te redonauit quiritem
Dis patrijs, italoq; cœlo,
P ompei meorum prime ſodalium?
Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi, coronatus nitenteis
Malobathro Syrio capillos:
T ecum Philippos, & celerem fugam
Senſi relicta non bene parmula:
Cum fracta uirtus: & minaces
Turpe ſolum tetigere mento.
S ed me per hosteis Mercurius celer
Denſo pauentem ſuſtulit aere:
Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit æſtuoſis.
E rgo obligatam redde Ioui dapem:
Longaq; feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea: nec
Parce cadis tibi deſtinatis.
O bliuioſo leuia maſſico
Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis. quis udo
Deproperare apio coronas,
C uratue myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi? non ego ſanius
Bacchabor Edonis. recepto
Dulce mihi furere eſt amico.

IN BARINEN.

O de. VIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–◡ –– –◡◡ –◡ ––
–◡ –– –◡◡ –◡ –◡
–◡ –– –◡◡ –◡ ––
–◡◡ ––

Lla ſi iuris tibi peierati
u Pœna Barine nocuiſſet unquam:
Dente ſi nigro fieres, uel uno
Turpior ungui:
C rederem. ſed tu, ſimul obligaſti
P erfidum uotis caput: eniteſcis
P ulchrior multo: iuuenumq; prodis
Publica cura.
E xpedit matris cineres opertos
F allere, & toto taciturna noctis
S igna cum cœlo, gelidaq; diuos
Morte carenteis.
R idet hoc inquam Venus ipſa: rident
S implices nymphæ, ferus & Cupido
S emper ardentes acuens ſagittas
Cote cruenta.
A dde quod pubes tibi creſcit omnis:
S eruitus creſcit noua: nec priores
I mpiæ tectum dominæ relinquunt
Sæpe minati.
T e ſuis matres metuunt iuuencis:
T e ſenex parci, miſeræq; nuper
V irgines nuptæ: tua ne retardet
Aura maritos.



AD VALGIVM.

O de. IX. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ◡– – –◡◡ –◡–
–– ◡– – –◡◡ –◡◡
–– ◡– –– –◡ –
–◡◡ –◡◡ –◡ ––

On ſemper imbres nubibus hiſpidos
n Manant in agros: aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſq;: nec Armenijs in oris
A mice Valgi ſtat glacies iners
Menſeis per omneis: aut Aquilonibus
Q uercæta Gargani laborant:
Et folijs uiduantur Orni.
T u ſemper urges flebilibus modis
Myſten ademptum: nec tibi ueſpero
Surgente, decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.
A t non ter æuo functus amabilem
Plorauit omneis Antilochum ſenex
Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ ſorores
F leuere ſemper. deſine mollium
Tandem querelarum: et potius noua
Cantemus Auguſti trophæa
Cæſaris: & rigidum Niphaten,

Medumq; flumen gentibus additum
Victis, minores uoluere uertices:
Intraq; præſcriptum Gelonos
Exiguis equitare campis.

## AD LICINIVM.

O de. X. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ –∪

Ectius uiues Lycini, neq; altum
r Semper urgendo: neq;, dum procellas
Cautus horreſcis: nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit: tutus caret obſoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus: & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres: feriuntq; ſummos
Fulmina montes.
Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus. informers Hyemes reducit
Iuppiter: idem





Summouet. non, ſi male nunc: & olim
Sic erit. quondam cithara tacentem
Suſcitat muſam, neq; ſemper arcum
Tendit Apollo.
Rebus anguſtis animoſus, atq;
Fortis appare: ſapienter idem
Contrahes uento nimium ſecundo
Turgida uela.

## AD Q. HYRPINVM.

O de. XI. Tricolos tetraſtrophos, ut, vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– –– –∪ –
–∪∪ –∪∪ –∪ –∪

Vid bellicoſus Cantaber, & Scythes
q Hyrpine quinti cogitet Adria
Diuiſus obiecto, remittas
Quærere: nec trepides in uſum
Poſcentis æui pauca. fugit retro
Leuis iuuentas, & decor, arida
Pellente laſciuos amores
Canicie, facilemq; ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis: neq; uno Luna rubens nitet
Vultu. quid æternis minorem
Conſilijs animum fatigas?

C ur non ſub alta uel platano, uel hac
Pinu iacentes ſic temere, & roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, aßyriaq; nardo,
P otamus uncti? diſſipat Euhyus
Curas edaces. quis puer ocyus
Reſtinguet ardentis falerni
Pocula prætereunte lympha?
Q uis deuium ſcortum eliciet domo
Lyden? eburna dic age cum lyra
Maturet incomptum lacænæ
More comam religata nodum.

### AD MECOENATEM.

O de. XII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis Vario fortis, & hoſtium.

– –  – ∪ ∪ –  – ∪ ∪ –  ∪ –
– –  – ∪ ∪ –  – ∪ ∪ –  ∪ ∪
– –  – ∪ ∪ –  – ∪ ∪ –  ∪ ∪
– –  – ∪  ∪ –

Olis longa feræ bella Numantiæ,
n Nec dirum Hannibalem, nec ſiculũ mare
Pœno purpureum ſanguine mollibus
Aptari citharæ modis:
N ec ſæuos Lapithas, & nimium mero
Hylæum, domitosq; Herculea manu
Telluris iuuenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus



S aturni ueteris: Tuq; pedeſtribus
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris
Mecœnas melius, ductaq; per uias
Regum colla minantium.
M e dulcis dominæ muſa Lyciniæ
Cantus, me uoluit dicere lucidum
Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Q uam nec ferre pedem dedecuit choris:
Nec certare ioco: nec dare brachia
Ludentem nitidis uirginibus, ſacro
Dianæ celebris die.
N um tu, quæ tenuit diues Achemenes,
Aut pinguis phrygiæ mygdonias opes,
Permutare uelis crine Lyciniæ?
Plenas aut arabum domos?
D um flagrantia detorquet ad oſcula
Ceruicem: aut facili ſæuitia negat,
Quæ poſcente magis gaudeat eripi:
Interdum rapere occupet.

### IN ARBOREM, CVIVS CASV in agro Sabino penè oppreſſus eſt.

O de. XIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ –
– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ –
– –  ∪ –  – –  ∪ –  –
– ∪ ∪  – ∪ ∪  – ∪  – –

Lle & nefaſto te poſuit die,
I Quicunq; primum : & ſacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumq́; Pagi.
I llum & parentis crediderim ſui
Fregiſſe ceruicem : & penetralia
Sparſiſſe nocturno cruore
Hoſpitis : ille uenena colchica,
E t quidquid uſquam concipitur, nefas
Tractauit : agro qui ſtatuit meo
Te triſte lignum, te caducum
In domini caput immerentis.
Q uid quiſq; uitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas. nauita boſphorum
Pœnus perhorreſcit : neq; ultra
Cæca timet aliunde fata.
M iles ſagittas, & celerem fugam
Parthi : cathenas Parthus, & italum
Robur. ſed improuiſa leti
Vis rapuit, rapietq́; gentes.
Q uàm penè furuæ regna Proſerpinæ,
Et iudicantem uidimus Aeacum,
Sedesq́; diſcretas piorum, &
Aeolijs fidibus querentem
S appho puellis de popularibus,
Et te ſonantem plenius aureo
Alcæe Plectro dura nauis,
Dura fugæ mala, dura belli.
V trunq; ſacro digna ſilentio
Mirantur umbræ dicere : ſed magis



Pugnas, & exactos Tyrannos
Denſum humeris bibit aure uulgus.
Q uid mirum? ubi illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps
Aures : & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.
Q uin & Prometeus, & Pelopis parens
Dulci laborum decipitur ſono:
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.

AD POSTHVMVM.

O de. XIIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪– – –∪∪ –∪∪
–– ∪– – –∪∪ –∪∪
–– ∪– –– ∪– –
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

Heu fugaces Poſthume Poſthume
e Labuntur anni : nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæq́; morti.
N on ſi tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris : qui ter amplum
Geryonen, Tityonq́; triſti
C ompeſcit unda, ſcilicet omnibus,
Q uicunque terræ munere ueſcimur,

Enauiganda, ſiue reges,
Siue inopes erimus coloni.
F ruſtra cruento marte carebimus,
Fractiſq; rauca fluctibus Adriæ.
Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus auſtrum.
V iſendus ater flumine languido
Cocytus errans, & Danai genus
Infame, damnatuſq; longi
Siſyphus Aeolides laboris.
L inquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neq; harum, quas colis arborum
Te præter inuiſas cupreſſos
Vlla breuem dominum ſequetur.
A bſum & hæres cæcuba dignior
Seruata centum clauibus: & mero
Tinguet pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore cœnis.

## IN SVI SAECVLI LVXVRIAM.

O de. XV. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

—— ⏑— — —⏑⏑ —⏑—
—— ⏑— — —⏑⏑ —⏑⏑
—— ⏑— —— ⏑— —
—⏑⏑ —⏑⏑ —⏑ ——



Am pauca aratro iugera regiæ
i Moles relinquent: undiq; latius
Extenta uiſentur lucrino
Stagna lacu: platanuſq; cœlebs
E uincet ulmos. tum uiolaria, &
Myrtus, & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.
T um ſpiſſa ramis laurea feruidos
Excludet ictus. non ita Romuli
Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpicijs, ueterumq; norma.
P riuatus illis cenſus erat breuis:
Commune magnum: nulla decémpĕdis
Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton:
N ec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare ſaxo.

## AD GROSPHVM.

O de. XVI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

—⏑ —— —⏑⏑ —⏑ ——
—⏑ —— —⏑⏑ —⏑ ——
—⏑ —— —⏑⏑ —⏑ ——
—⏑⏑ ——

Tium diuos rogat in patenti
Prenſus Aegæo: ſimul atra nubes
Condidit Lunam: neq; certa fulgent
Sydera nautis.
Otium bello furioſa Thrace,
Otium Medi pharetra decori,
Groſphe non gemmis, neq; purpura ue-
nale, nec auro.
Non enim gazæ, neq; conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta uolanteis.
Viuitur paruo bene: cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leueis ſomnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq; fugit?
Scandit æratas uitioſa naueis
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor euro.
Lætus in præſens animus, quod ultra eſt,
Oderit curare: & amara lento
Temperet riſu. nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Abſtulit clarum cita mors Achillem:
Longa Tithonum minuit ſenectus:
Et mihi



Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum, ſiculæq; circum
Mugiunt uaccæ: tibi tollit hinnitum
Apta quadrigis equa: te bis afro
Murice tinctæ
Veſtiunt lanæ. mihi parua rura, et
Spiritum graiæ tenuem camœnæ,
Parca non mendax dedit: & malignum
Spernere uulgus.

## AD MECOENATEM AEGROTVM.

Ode. XVII. Tricolos tetraſtrophos, ut, vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ –
– – ᴗ – – – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ
ᴗ – ᴗ – – – ᴗ – ᴗ
– ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ – ᴗ – ᴗ

Vr me querelis exanimas tuis?
Nec dis amicum eſt, nec mihi: te prius
Obire Mecœnas, mearum
Grande decus, columenq; rerum.
Ah te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior uis: quid moror altera?
Nec carus æque, nec ſuperſtes
Integer. ille dies utranq;
e

Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi ſacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcunq; præcedes, ſupremum
Carpere iter comites parati.
Me nec chimæræ ſpiritus igneæ,
Nec ſi reſurgat centimanus Gyges,
Diuellet unquam. ſic potenti
Iuſtitiæ, placitumq; parcis.
Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit
Formidoloſus, pars uiolentior
Natalis horæ, ſeu Tyrannus
Heſperiæ Capricornus undæ:
Vtrunq; noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum. te Iouis impio
Tutela Saturno refulgens
Eripuit: uolucriſq; fati
Tardauit alas: cum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum.
Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat: niſi Faunus ictum
Dextra leuaſſet mercurialium
Cuſtos uirorum. reddere uictimas,
Aedemq; uotiuam memento.
Nos humilem feriemus agnam.

Ode. XVIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus Archilochius dimeter Acatalectus conſtans Amphimacro & duobus Iambis, uel ultimo Pyrrhichio, hoc modo.



N ōn ĕbūr -∪- nĕque aū ∪-rĕum ∪∪

Secundus quiſq; uerſus eſt Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus conſtans è quinq; iambis & ſyllaba, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.

M ĕā ∪- rĕnī ∪- dĕt īn ∪- dŏmō ∪- lăcū ∪- năr ∪
-∪- ∪- ∪∪
∪- ∪- ∪- ∪- ∪- ∪

On ebur, neq; aureum
n Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas ultima reciſas
Africa: neq; Attali
Ignotus hæres regiam occupaui.
Nec laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientes.
At fides, & ingeni
Benigna uena eſt: pauperemq; diues
Me petit. nihil ſupra
Deos laceſſo: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.
Truditur dies die:
Nouæq; pergunt interire Lunæ.
Tu ſecanda marmora
Locas ſub ipſum funus: & ſepulchri
Immemor, ſtruis domos:
Mariſq; Baijs obſtrepentis urges
Summouere littora,

Parum locuples continente ripa.
Quid? quod uſq; proximos
Reuellis agri terminos? & ultra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In ſinu ferens deos
Et uxor, & uir, ſordidoſq́; natos.
Nulla certior tamen
Rapacis orci fine deſtinata
Aula diuitem manet
Herum. quid ultra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumq́; pueris: nec ſatelles orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic ſuperbum
Tantalum, atq; Tantali
Genus coercet. hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atq; non uocatus audit.

## IN BACCHVM.

Ode. XIX. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ᴗ– – –ᴗᴗ –ᴗᴗ
–– ᴗ– – –ᴗᴗ –ᴗ–
–– ᴗ– –– ᴗ– –
ᴗᴗᴗ –ᴗᴗ –ᴗ ––



Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem: credite poſteri:
Nymphaſq́; diſcentes, & aures
Capripedum Satyrorum acutas.
Euœ recenti mens trepidat metu:
Plenoq́; Bacchi pectore turbidum
Lætatur. euœ parce Liber,
Parce graui metuende Thyrſo.
Fas peruicaces eſt mihi Thyadas,
Viniq; fontem, lactis & uberes
Cantare riuos: atq; truncis
Lapſa cauis iterare mella.
Fas & beatæ coniugis additum
Stellis honorem, tectaq́; Penthei
Diſiecta non leui ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amnes, tu mare barbarum:
Tu ſeparatis uuidus in iugis
Nodo coerces uiperino
Biſtonidum ſine fraude crines:
Tu cum parentis regna per arduum
Cohors gigantum ſcanderet impia:
Rhetum retorſiſti leonis
Vnguibus, horribiliq; mala:
Quanquam choreis aptior, & iocis,
Ludoq́; dictus, non ſat idoneus
Pugnæ ferebaris: ſed idem
Pacis eras, mediuſq; belli.
Te uidit inſons Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens

Caudam,& recedentis trilingui
Ore pedes, tetigit'q; crura.

## AD MECOENATEM.

Ode. XX. Tricolos tetraſtrophos,ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- u- - -uu -uu
-- u- - -uu -uu
-- u- -- u- u
-uu -uu -u -u

Non uſitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates: neq; in terris morabor
Longius: inuidiaq; maior
Vrbeis relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem uocas,
Dilecte Mecœnas obibo:
Nec Stigya cohibebor unda.
Iam iam reſidunt cruribus aſperæ
Pelles: & album mutor in alitem
Superne: naſcunturq; leues
Per digitos, humeroſq; plumæ.
Iam Dædaleo ocyor Icaro,
Viſam gementis littora Boſphori,
Syrteiſq; Getulas canorus
Ales, Hyperboreoſq; campos.
Me Colchus, & qui diſſimulat metum
Marſæ cohortis Dacus, & ultimi



Noſcent Geloni. me peritus
Diſcet Iber, Rhodaniq; potor.
Abſint inani funere Neniæ,
Luctuſq; turpes, & querimoniæ.
Compeſce clamorem: ac ſepulchri
Mitte ſuperuacuos honores.

## Q. HORATII FLACCI CARMINUM LIER TERTIUS.

Ode. I. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- u- - -uu -u-
-- u- - -uu -uu
-- u- -- u- -
-uu -uu -u --

Odi profanum uulgus: & arceo.
Fauete linguis. carmina non prius
Audita Muſarum Sacerdos
Virginibus, pueriſq; canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio mouentis.

E ſt, ut uiro uir latius ordinet
Arbuſta ſulcis: hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic, meliorq; fama
C ontendat: illi turba clientium
Sit maior. æqua lege neceſſitas
Sortitur inſigneis, & imos:
Omne capax mouet urna nomen.
D iſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non ſiculæ dapes
Dulcem elaborarunt ſaporem:
Non auium, citharæq; cantus
S omnum reducent. ſomnus agreſtium
Lenis uirorum non humileis domos
Faſtidit, umbroſamq; ripam,
Non Zephyris agitata tempe.
D eſyderantem quod ſatis eſt, neq;
Tumultuoſum ſollicitat mare,
Nec ſæuus arcturi cadentis
Impetus, aut orientis hœdi,
N on uerberatæ grandine uineæ,
Fundusq; mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sydera, nunc hyemes iniquas.
C ontracta piſces æquora ſentiunt
Iactis in altum molibus. huc frequens
Cementa demittit redemptor
Cum famulis, dominusq; terræ
F aſtidioſus. ſed timor, & minæ
Scandunt eodem, quo dominus: neque



Decedit ærata triremi: et
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quod ſi dolentem nec phrygius lapis,
Nec purpurarum ſydere clarior
Delinit uſus, nec falernæ
Vitis, Achæmeniumq; coſtum:
C ur inuidendis poſtibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur ualle permutem Sabina
Diuitias operoſiores?

O de. II. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

‒‒ ∪‒ ‒ ‒∪∪ ‒∪‒
‒‒ ∪‒ ‒ ‒∪∪ ‒∪∪
‒‒ ∪‒ ‒‒ ∪‒ ‒
‒∪∪ ‒∪∪ ‒∪ ‒‒

A Nguſtam amice pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat: & parthos feroceis
Vexet eques metuendus haſta:
V itamq; ſub dio, & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis tyranni
Proſpiciens, & adulta uirgo
S uſpiret: eheu ne rudis agminum
Sponſus laceſſat regius aſperum

Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cædeis.
D ulcæ, & decorum eſt pro patria mori.
Mors & fugacem perſequitur uirum:
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidóq; tergo.
V irtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit, aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.
V irtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter uia:
Cætusq́; uulgareis, & udam
Spernit humum fugiente penna.
E ſt & fideli tuta ſilentio
Merces. uetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ: ſub iſdem
Sit trabibus: fragilemq́; mecum
S oluat phaſelum. ſæpe Dieſpiter
Neglectus, inceſto addidit integrum.
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

O de. III. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪– – –∪∪ –∪∪
–– ∪– – –∪∪ –∪∪
–– ∪– –– ∪– –
–∪∪ –∪∪ –∪ –∪



Vſtum, & tenacem propoſiti
i uirum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida: neq; Auſter
D ux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis:
Impauidum ferient ruinæ.
H ac arte Pollux, & uagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.
Q uos inter auguſtus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
H ac te merentem Bacche pater tuæ
Vexere tigres indocili iugum
Collo trahentes. hac Q uirinus
Martis equis achéronta fugit,
G ratum elocuta conſiliantibus
Iunone diuis. Ilion, Ilion
Fatalis, inceſtusq́; iudex,
Et mulier peregrina uertit
I n puluerem, ex quo deſtituit deos
Mercede pacta Laomedon: mihi
Caſtæq́; damnatum Mineruæ
Cum populo, & duce fraudulento.
I am nec lacænæ ſplendet adulteræ,
Famoſus hoſpes: nec Priami domus
Periura, pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit:

N ostriſq; ductum ſeditionibus
Bellum reſedit. protinus & graueis
Iras, & inuiſum nepotem,
Troica quem peperit ſacerdos:
M arti redonabo. illum ego lucidas
Inire ſedeis, ducere nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
D um longus inter ſæuiat Ilion,
Romamq; pontus: qualibet exules
In parte regnanto beati.
Dum Priami, Paridiſq; buſto
I nſultet armentun: & catulos feræ
Cælent inultæ: ſtet Capitolium
Fulgens: triumphatiſq; poſſit
Roma ferox dare iura Medis.
H orrenda late nomen in ultimas
Extendat oras: qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro:
Qua tumidus rigat arua Nilus:
A urum irrepertum, & ſic melius ſitum,
Cum terra cœlat, ſpernere fortior,
Quam cogere humanos in uſus,
Omne ſacrum rapiente dextra.
Quicunq; mundo terminus obſtitit,
Hunc tangat armis, uiſere geſtiens,
Qua parte debacchentur ignes:
Qua nebulæ, pluuijq; rores.
S ed bellicoſis fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pij,



Rebuſq; fidentes, auitæ
Tecta uelint reparare Troiæ.
T roiæ renaſcens alite lugŭbri
Fortuna triſti clade iterabitur,
Ducente uictriceis catervas
Coniuge me Iouis, & ſorore.
T er ſi reſurgat murus aheneus
Autore Phœbo: ter pereat meis
Exciſus argiuis: ter uxor
Capta uirum, pueroſq; ploret.
N on hoc iocoſæ conueniet lyræ.
Quo Muſa tendis? deſine peruicax
Referre ſermones deorum: &
Magna modis tenuare paruis.

## AD CALLIOPEN.

O de. IIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ſibi ut alta ſtet niue candidum.

– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ ∪
– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ ∪
– –  ∪ –  – –  ∪ –  –
– ∪ ∪  – ∪ ∪  – ∪  – –

D
Eſcende cœlo, & dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu uoce nunc mauis acuta,
Seu fidibus, cithara'ue Phœbi.

Auditis ? an me ludit amabilis
Inſania ? audiret, & uideor pios
Errare per lucos : amœnæ,
Quos & aquæ ſubeunt, & auræ.
Me fabuloſæ Vulture in appulo,
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo, fatigatumq́; ſomno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus:
Quicunq; celſæ nidum Acherontiæ,
Saltusq́; Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti,
Vt tuto ab atris corpore Viperis
Dormirem, & Vrſis: ut premerer ſacra
Lauroq́; collataq́; myrto,
Non ſine dis animoſus infans.
Veſter Camœnæ, ueſter, in arduos
Tollor Sabinos: ſeu mihi frigidum
Præneſte, ſeu Tybur ſupinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Veſtris amicum fontibus, & choris,
Non me Philippis uerſa acies retro,
Deuota non extinxit arbos,
Nec ſicula Palinurus unda.
Vtcunq; mecum uos eritis: libens
Inſanientem nauita Boſphorum
Tentabo, & arenteis arenas
Littoris Aſſyrij uiator.
Viſam Britanos hoſpitibus feros,
Et lætum equino ſanguine Concanum.



Viſam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohorteis abdidit oppidis:
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.
Vos lene conſilium & datis: & dato
Gaudetis almæ. ſcimus ut impios
Titanas, immanemq́; turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbeis, regnaq́; triſtia:
Diuosq́;, mortaleisq́; turmas
Imperio regit unus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens iuuentus, horrida brachijs,
Fratresq́; tendentes opaco
Pelion impoſuiſſe olympo.
Sed quid Typhoeus, & ualidus Minas,
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid rhœtus, euulſisq́; truncis
Enceladus iaculator audax,
Contra ſonantem Palladis Aegida
Poſſent ruentes? hinc auidus ſtetit
Vulcanus: hinc matrona Iuno, et
Nunquam humeris poſiturus arcum,
Qui rore puro Caſtaliæ lauit
Crineis ſolutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalemq́; ſyluam,
Delius, & Patareus Apollo.

V is conſili expers mole ruit ſua:
Vim temperatam di quoq; prouehunt
In maius: ijdem odêre uires
Omne nefas animo mouentes.
T eſtis mearum centimanus gyges
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus ſagitta.
I niecta monſtris terra dolet ſuis:
Mœretq́; partus fulmine luridum
Miſſos ad orcum: nec perêdit
Impoſitam celer ignis Aetnam:
I ncontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
Cuſtos: amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent cathenæ.

## AVGVSTI LAVDES.

O de. V. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– –  ∪ –  –  – ∪ –  – ∪ ∪
– –  ∪ –  –  – ∪ ∪  – ∪ ∪
– –  ∪ –  – –  ∪ –  –
– ∪ ∪  – ∪ ∪  – ∪  – –

C oelo tonantem credidimus Iouem
Regnare. præſens diuus habebitur
Auguſtus, adiectis Britãnis
Imperio, grauibusq́; Perſis.

Miles'ne



M iles'ne Craſſi coniuge barbara
Turpis maritus uixit? & hoſtium
(Pro curia, inuerſiq; mores)
Conſenuit ſocerorum in armis,
S ub rege Medo, Marſus, & Appulus
Anciliorum, nominis, & togæ
Oblitus, æternæq́; Veſtæ,
Incolum Ioue, & urbe Roma?
H oc cauerat mens prouida Reguli
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis
Perniciem ueniens in æuum:
S i non periret immiſerabilis
Captiua pubes. Signa ego punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde dixit
D irepta uidi. uidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero,
Portasq́; non clauſas, & arua
Marte coli populata noſtro.
A uro repenſus ſcilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis
Damnum. neq; amiſſos colores
Lana refert medicata fuco:
N ec uera uirtus, cum ſemel excidit:
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata denſis
Cerua plagis: erit ille fortis,
Q ui perfidis ſe credidit hoſtibus:
Et Marte Pœnos proteret altero:

Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners: timuit'q; mortem.
H ic unde uitam ſumeret inſcius,
Pacem duello miſcuit. O pudor,
O magna Carthago probroſis
Altior Italiæ ruinis.
F ertur pudicæ coniugis oſculum,
Paruos'q; natos, ut capitis minor,
A ſe remouiſſe, & uirilem
Toruus humi poſuiſſe uultum,
D onec labanteis conſilio patres
Firmaret autor nunquam aliâs dato,
Inter'q; merenteis amicos
Egregius properaret exul.
A t qui ſciebat, quæ ſibi barbarus
Tortor pararet. non aliter tamen
Dimouit obſtanteis propinquos,
Et populum reditus morantem,
Q uam ſi clientum longa negocia
Diiudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut lacedæmonium Tarentum.

O de. VI. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ∪- - -∪∪ --
-- ∪- - -∪∪ -∪∪
-- ∪- -- ∪- ∪
-∪∪ -∪∪ -∪ --



Elicta maiorum immeritus lues
d Romane: donec templa refeceris,
Aedeis'q; labenteis deorum, et
Fœda nigro ſimulachra fumo.
D is te minorem quod geris: imperas.
Hinc omne principium: huc refer exitum.
Di multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.
I am bis Monæſes, & Pachori manus
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros: & adieciſſe prædam
Torquibus exiguis renidet.
P enè occupatam ſeditionibus
Deleuit urbem Dacus, & Aethiops,
Hic claſſe formidatus, ille
Miſſilibus melior ſagittis.
F œcunda culpæ ſecula, nuptias
Primum inquinauere, & genus, & domos.
Hoc fonte deriuata clades,
In patriam, populum'q; fluxit.
M otus doceri gaudet ionicos
Matura uirgo: & fingitur artubus
Iam nunc: & inceſtos amores
De tenero meditatur ungui.
M ox iuniores quærit adulteros
Inter mariti uina: neq; eligit,
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia luminibus remotis.
S ed iuſſa coràm non ſine conſcio
Surgit marito: ſeu uocat inſtitor:

Seu nauis hiſpanæ magiſter
Dedecorum pretioſus emptor.
N on his iuuentus orta parentibus
Infecit equor ſanguine punico:
Pyrrhumq; , & ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemq; dirum,
S ed ruſticorum maſcula militum
Proles, ſabellis docta ligonibus
Verſare glebas: & ſeueræ
Matris ad arbitrium reciſos
P ortare fuſtes: ſol ubi montium
Mutaret umbras: & iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
D amnoſa quid non imminuit dies?
Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem uitioſiorem.

## AD ASTERIEN.

O de. VII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Q uis multa gracilis te puer in roſa.

-- -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- u-
-- -uu -u
-- -uu- u-



q Vid fles Aſterie, quem tibi candidi
Primo reſtituent uere fauonij
Thyna merce beatum
Conſtantis iuuenem fide
G ygen? ille notis actus ad Oricum
Poſt inſana capræ ſydera frigidas
Noctes, non ſine multis
Inſomnis lacrymis agit.
A tqui ſollicitæ nuntius hoſpitæ
Suſpirare Chloen, & miſeram tuis
Dicens ignibus uri,
Tentat mille uafer modis.
V t Prœtum mulier perfida credulum
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti
Maturare necem refert.
N arrat penè datum peléa Tartaro:
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens:
Et peccare docentes
Fallax hiſtorias monet,
F ruſtra. nam ſcopulis ſurdior Icari
Voces audit adhuc integer. at tibi,
Ne uicinus Enipeus
Plus iuſto placeat, caue.
Q uamuis non alius flectere equum ſciens
Aeque conſpicatur gramine Martio:
Nec quiſquam citus æque
Tuſco denatat alueo.
P rima nocte domum claude: neq; in uias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ:

Et te ſæpe uocanti
Duram, difficilis mane.

## AD MECOENATEM.

O de. VIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

-∪ -- -∪∪ -∪ --
-∪ -- -∪∪ -∪ -∪
-∪ -- -∪∪ -∪ -∪
-∪∪ --

m Artijs cœlebs quid agam Calendis:
Quid uelint flores, & acerra thuris
Plena, miraris, poſitusq; carbo in
Ceſpite uiuo,
D octe ſermonis utriusq; linguæ.
V oueram dulceis epulas, & album
L ibero caprum propè funeratus
Arboris ictu.
H ic dies, anno redeunte feſtus
C orticem aſtrictum pice dimouebit
A mphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.
S ume Mecœnas cyathos amici
S oſpitis centum: & uigileis lucernas
P erfer in lucem: procul omnis eſto
Clamor, & ira:



M itte ciuileis ſuper urbe curas.
O ccidit Daci Cotiſonis agmen:
M edus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis:
S eruit Hiſpanæ uetus hoſtis oræ
C antaber ſera domitus cathena:
I am Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
N egligens, ne qua populus laboret:
P arce priuatus nimium cauere: &
D ona præſentis cape lætus horæ: ac
Linque ſeuera.

O de. IX. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -∪- ∪-
-- -∪∪- -∪∪- ∪-

Ho. d Onec gratus eram tibi:
Nec quiſquam potior brachia candidæ
C eruici iuuenis dabat:
Perſarum uigui rege beatior.
Ly. D onec non alia magis
Arſiſti: neq; erat Lydia poſt Chloen:
M ulti Lydia nominis
Romana uigui clarior Ilia.
Ho. M e nunc Threſſa Chloe regit
Dulceis docta modos, & citharæ ſciens:

P ro qua non metuam mori:
Si parcent animæ fata ſuperſtiti.
Ly. M e torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi:
P ro quo bis patiar mori:
Si parcent puero fata ſuperſtiti.
Ho. Q uid? ſi priſca redit uenus?
Diductosq́; iugo cogit aheneo?
S i flaua excutitur Chloe?
Reiectæq́; patet ianua Lydiæ?
Ly. Q uanquam ſydere pulchrior
Ille eſt: tu leuior cortice, & improbo
I racundior Adria:
Tecum uiuere amem: tecum obeam libens.

## AD LYCEN.

O de. X. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis uario fortis, & hoſtium.

–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪–
–– –∪∪ ∪∪

e Xtremum Tanaim ſi biberes Lyce
Sæuo nupta uiro: me tamen aſperas
Porrectum ante fores obijcere incolis
Plorares aquilonibus.
A udis quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat



Ventis? & poſitas ut glaciet niueis
Puro numine Iuppiter?
I ngratam Veneri pone ſuperbiam:
Ne currente retro funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamuis neq; te munera, nec preces,
Nec tinctus uiola pallor amantium,
Nec uir pieria pellice ſaucius
Curuat: ſupplicibus tuis
P arcas, nec rigida mollior æſculo,
Nec mauris animum mitior anguibus.
Non hoc ſemper erit liminis, aut aquæ
Cœleſtis patiens latus.

## AD MERCVRIVM.

O de. XI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ ––

m Ercuri, nam te docilis magiſtro
Mouit Amphion lapides canendo:
Tuq́; teſtudo reſonare ſeptem
Callida neruis,
N ec loquax olim, neq; grata, nunc &

D iuitum menſis, & amicat templis,
D ic modos: Lyde quibus obſtinatas
Applicet aureis.
Q uæ uelut latis equa trima campis,
L udit exultim: metuitq́; tangi,
N uptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda marito.
T u potes tigreis, comitesq́; Syluas
D ucere: & riuos celereis morari.
C eſſit immanis tibi blandienti
Ianitor aulæ
C erberus: quamuis furiale centum
M uniant angues caput eius: atq;
S piritus teter, ſaniesq́; manet
Ore trilingui.
Q uin & Ixion, Tityosq́; uultu
R iſit inuito. ſtetit urna paulum
S icca: dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
A udiat Lyde ſcelus, atq; notas
V irginum pœnas, & inane Lymphæ
D olium fundo pereuntis imo,
Seraq́; fata.
Q uæ manent culpas etiam ſub orco
I mpiæ: nam quid potuere maius?
I mpiæ ſponſos potuere duro
Perdere ferro.
V na de multis face nuptiali
D igna, periurum fuit in parentem
S plendide mendax: & in omne uirgo



Nobilis æuum.
S urge quæ dixit iuueni marito:
S urge: ne longus tibi ſomnus, unde
N on times, detur: ſocerum, & ſcelestas
Falle ſorores.
Q uæ, uelut nactæ uitulos Leænæ
S ingulos eheu lacerant. ego illis
M ollior, nec te feriam: nec intra
Clauſtra tenebo.
M e pater ſæuis oneret cathenis:
Q uod uiro clemens miſero peperci:
M e uel extremos numidarum in agros
Claſſe relêget.
I, pedes, quo te rapiunt, & auræ:
D um fauet nox, & uenus: i ſecundo
O mine: & noſtri memorem ſepulchro
Scalpe querelam.

## AD NEOBVLEN.

O de. XII. Dicolos triſtrophos. Primi quiq; duo uerſus ſunt Ionici à minore Saphici Trimetri Acatalecti, qui conſtant è tribus Ionicis à minore, uel ultimo Pœonæ tertio, hoc modo.

M ĭsĕrārum ēſt ᴗᴗ-- nĕque ămōrī ᴗᴗ-- dărĕ lū
dŭm ᴗᴗ -ᴗ
N ĕquĕ dūlcī ᴗᴗ-- mălă uīnō ᴗᴗ-- lăuĕre aūt
ēx ᴗᴗ--
T ertius item uerſus eſt Ionicus à minore Sapphicus

Acatalectus, ſed tetrameter conſtans è quatuor Ionicis à minore, hoc modo.

ănĭmārī ∪∪–– mĕtŭēntēs ∪∪–– pătrŭæ uēr ∪∪–– bĕră līnguæ ∪∪––,

∪∪–– ∪∪–– ∪∪–∪

∪∪–– ∪∪–– ∪∪––

∪∪–– ∪∪–– ∪∪–– ∪∪––

I ſerarum eſt neq; amori dare ludum:
m Neq; dulci mala uino lauere: aut exanimari metuẽtes patruæ uerbera liguæ.
T ibi qualum citthereæ puer ales,
Tibi telas, operoſæq; mineruæ
Studium, aufert Neobule liparæi nitor Hebri.
E ques ipſo melior Bellerophonte,
Neq; pugno, neq; ſegni pede uictus,
Simul unctos Tyberinis humeros lauit in undis:
C atus idem per apertum fugientes
Agitato grege ceruos iaculari: &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

## AD FONTEM BLANDVSIAM.

O de. XIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Quis multa gracili te puer in roſa.

–– –∪∪– –∪∪– ∪–

–– –∪∪– –∪∪– ∪∪

–– –∪∪ ––

–– –∪∪– ∪∪



Fons Blanduſiæ ſplendidior uitro
o Dulci digne mero, non ſine floribus,
Cras donaberis hœdo:
Cui frons turgida cornibus
P rimis, & Venerem, & prælia deſtinat
Fruſtra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro ſanguine riuos,
Laſciui ſoboles gregis.
T e flagrantis atrox hora caniculæ
Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſſis uomere tauris
Præbes, & pecori uago.
F ies nobilium tu quoq; fontium:
Me dicente cauis impoſitam ilicem
Saxis: unde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

## AVGVSTI LAVDES.

O de. XIIII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ ––

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪

–∪ –– –∪∪ –∪ ––

–∪∪ ––

Erculis ritu modo dictus o' plebs
h Morte uenalem petijſſe laurum,

C æſar, hiſpana repetit penateis
Victor ab ora.
V nico gaudens mulier marito
P rodeat iuſtis operata diuis:
E t ſoror clari ducis, & decoræ
Supplice uitta
V irginum matres, iuuenumq; nuper
S oſpitum. uos o' pueri, & puellæ
I am uirum expertæ, male ominatis
Parcite uerbis.
H ic dies uere mihi feſtus atras
E ximet curas: ego nec tumultum,
N ec mori per uim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, pete unguentum puer, & coronas,
E t cadum marſi memorem duelli:
S partacum ſiqua potuit uagantem
Fallere teſta.
D ic & argutæ properet Neæræ
M yrrheum nodo cohibere crinem:
S i per inuiſum mora ianitorem
Fiet: abito.
L enit albeſcens animos capillus
L itium, & rixæ cupidos proteruæ.
N on ego hoc ferrem calidus iuuenta
Conſule Planco.

## IN CHLORIM.



O de. XV. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

–– –∪∪– ∪–

–– –∪∪– –∪∪– ∪–

Xor pauperis Ibici,
u Tandem nequitiæ fige modum tuæ
Famoſisq; laboribus.
Maturo propior deſine funeri
I nter ludere uirgines:
Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.
N on, ſiquid Pholoen ſatis,
Et te Chlori decet. filia rectius
E xpugnat iuuenum domos:
Pulſo thyas uti concitat tympano.
I llam cogit amor Nothi
Laſciuæ ſimilem ludere capreæ.
T e lanæ propè nobilem
Tonſæ Luceriam, non citharæ decent,
N ec flos purpureus roſæ,
Nec poti uetulam fece tenus cadi.

## AD MECOENATEM.

O de. XVI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis uario fortis, & hoſtium.

–– –∪∪– –∪∪– ∪∪

–– –∪∪– –∪∪– ∪∪

–– –∪∪– –∪∪– ∪∪

–– –∪∪– ∪–

i Ncluſam Danaen turris Ahenea,
Robuſtæq́; fores, & uigilum canum
Triſtes excubiæ, munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
S i non Acriſium uirginis abditæ
Cuſtodem pauidum, Iuppiter, & Venus
Riſiſſent: fore enim tutum iter, & patens
Conuerſo in pretium deo.
A urum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo. concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
D emerſa excidio. diffidit urbium
Portas uir macedo: & ſubruit æmulos
Reges muneribus. munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
C reſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorumq́; fames. iure perhorrui
Late conſpicuum tollere uerticem
Mecœnas equitum decus.
Q uanto quiſq; ſibi plura negauerit,
A dis plura feret. nil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga, diuitum
Parteis linquere geſtio
C ontemptæ dominus ſplendidior rei:
Quàm, ſi quidquid arat non piger Appu'lus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
P uræ riuus aquæ, ſyluaq́; iugerum
Paucorum, & ſegetis certa fides meæ,

Fulgentem



Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit ſorte beatior.
Q uanquam nec calabræ mella ferunt apes:
Nec læſtrigonia bacchus in amphora
Langueſcit mihi: nec pinguia gallicis
Creſcunt uellera paſcuis:
I mportuna tamen pauperies abeſt:
Nec, ſi plura uelim, tu dare deneges.
Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigam:
Q uam ſi mygdonijs regnum Alyattici
Campis continuem. multa petentibus,
Deſunt multa. bene eſt, cui deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.

## AD AELIVM LAMIAM.

O de. XVII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ —
— — ∪ — — — ∪ — ∪
— ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —

a Eli uetuſto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos:

A utore ab illo ducis originem:
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lyrim
L ate tyrannus. cras folijs nemus
Multis, & alga littus inutili
Demiſſa tempeſtas ab euro
Sternet: aquæ niſi fallit augur
A nnoſa cornix. dum potes, aridum,
Compone lignum: cras genium mero
Curabis, & porco bimeſtri,
Cum famulis operum ſolutis.

## AD FAVNVM.

O de. XVIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ ––

Aune Nympharum fugientum amator,
Per meos fines, & aprica rura
Lenis incedas: abeaſq; paruis
Aequus alumnis:
S i tener pleno cadit hœdus anno:
L arga nec deſunt Veneris ſodali
V ina cratere: uetus ara multo
Fumat odore:



L udit herboſo pecus omne campo:
C um tibi nonæ redeunt decembres:
F eſtus in pratis uacat ocioſo
Cum boue pagus:
I nter audaces lupus errat agnos:
S pargit agreſtes tibi ſylua frondes.
G audet inuiſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram.

## AD TELEPHVM.

O de. XIX. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

–– –∪∪– ∪–
–– –∪∪– –∪∪– ∪–

Vantum diſtet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori
Narras, & genus Aeaci,
Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.
Quo chium pretio cadum
Mercemur: quis aquam temperet ignibus:
Quo præbente domum, & quota
Pelignis caream frigoribus: taces.
D a lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
M urenæ. tribus, aut nouem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui muſas amat impares,

Ternos ter cyathos attonitus petet
V ates. treis prohibet ſupra
Rixarum metuens, tangere gratia
N udis iuncta ſororibus.
Inſanire iuuat. cur Berecyntiæ
C eſſant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fiſtula cum lyra?
P arcenteis ego dexteras
Odi: ſparge roſas. audiat inuidus
D ementem ſtrepitum Lycus:
Et uicina ſeni non habilis Lyco.
S piſſa te nitidum coma,
Puro te ſimilem Telephe ueſpero,
T empeſtiua petit Chloe:
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

## AD PYRRHVM.

O de. XX. Tricolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

‒∪ ‒‒ ‒∪∪ ‒∪ ‒‒
‒∪ ‒‒ ‒∪∪ ‒∪ ‒‒
‒∪ ‒‒ ‒∪∪ ‒∪ ‒‒
‒∪∪ ‒∪

On uides quanto moueas periclo
Pyrrhe getulæ catulos leænæ:
Dura poſt paulo fugies inaudax
Prælia raptor:
C um per obſtanteis iuuenum cateruas



Ibit inſignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior, an illi.
I nterim dum tu celereis ſagittas
Promis: hæc denteis acuit timendos:
Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo
Sub pede palmam
F ertur: & leni recreare uento
Sparſum odoratis humerum capillis:
Q ualis aut Nireus fuit, aut aquoſa
Raptus ab Ida.

O de. XXI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

‒‒ ∪‒ ‒ ‒∪∪ ‒∪‒
‒‒ ∪‒ ‒ ‒∪∪ ‒∪‒
‒‒ ∪‒ ‒‒ ∪‒ ‒
‒∪∪ ‒∪∪ ‒∪ ‒∪

Nata mecum conſule Man-
lio,
Seu tu querelas, ſiue ge-
ris iocos,
Seu rixam, & inſanos amores,
Seu facilem pia Teſta ſomnum:
Quocunq; lectum nomine maſſicum
Seruas: moueri digna bono die:
Deſcende, Coruino iubente,
Promere languidiora uina.



Ex bibl. univ. Dors

N on ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus: te negliget horridus:
Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe uirtus.
T u lene tormentum ingenio admoues
Plerunq; duro: tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis lyæo:
T u ſpem reducis mentibus anxijs,
Viresq́;, & addis cornua pauperi,
Poſt te neq; iratos trementi
Regum apices, neq; militum arma.
T e, Liber, & ſi læta aderit Venus,
Segnesq́; nodum ſoluere Gratiæ,
Viuæq́; producent lucernæ:
Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

## IN DIANAM.

O de. XXII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ –∪

Ontium cuſtos, nemorumq́; uirgo,
m Quæ laborantes utero puellas
Ter uocata audis: adimisq́; leto
Diua triformis:



I mminens uillæ tua pinus eſto:
Q uam per exactos ego lætus annos,
V erris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

## AD PHIDILEN, SVADENS DEOS puris manibus, & bona conſcientia colendos eſſe.

O de. XXIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

–– ∪– – –∪∪– –∪–
–– ∪– – –∪∪ –∪–
–– ∪– –– ∪– –
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

Oelo ſupinas ſi tuleris manus
c Naſcente luna ruſtica Phidile:
Si thure placaris, & horna
Fruge lares, auidaq́; porca:
N ec peſtilentem ſentiet africum
Fœcunda uitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.
N am quæ niuali paſcitur algido
Deuota, quercus inter, & ilices:
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima: pontificum ſecures
C eruice tinget. te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium

Paruos coronantem marino
Rore deos, fragiliq; myrto.
I mmunis aram ſi tetigit manus:
Non ſumptuoſa blandior hoſtia,
Mollibit auerſos penateis
Farre pio, & ſaliente mica.

## IN AVAROS.

O de. XXIIII. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -uu- uu
-- -uu- -uu- u-

Intactis opulentior
i Theſauris arabum, & diuitis indiæ,
C æmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare ponticum:
S i figit Adamantinos
Summis uerticibus dira neceſſitas
C lauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
C ampeſtres melius Scythæ,
Q uorum plauſtra uagas rite trahunt domos:
V iuunt: & rigidi Getæ:
Immetata quibus iugera liberas
F ruges, & cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
D efunctumq; laboribus



Aequali recreat ſorte uicarius.
I llic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens:
N ec dotata regit uirum
Coniux: nec nitido fidit adultero.
D os eſt magna, parentium
Virtus, & metuens alterius uiri
C erto fœdere caſtitas.
Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.
O' quiſquis uolet impias
Cædeis, aut rabiem tollere ciuicam:
S i quæret pater urbium
Subſcribi ſtatuis: indomitam audeat
R efrenare licentiam,
Clarus poſt genitis. quatenus, heu nefas,
V irtutem incolumem odimus:
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Q uid triſtes querimoniæ?
Si non ſupplicio culpa reciditur:
Q uid leges ſine moribus
V anæ proficiunt? ſi, neq; feruidis
P ars incluſa caloribus
Mundi, nec boreæ finitimum latus,
Durataeq; ſolo niues
Mercatorem abigunt. horrida callidi
V incunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium, iubet
Q uid uis & facere, & pati:
Virtutiſq; uiam deſerit arduæ.
V el nos in Capitolium,

Quo clamor uocat, & turba fauentium:
V el nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
S ummi materiam mali,
Mittamus. ſcelerum ſi bene pœnitet:
E radenda cupidinis
Praui ſunt elementa: & teneræ nimis
M entes aſperioribus
Formandæ ſtudijs. neſcit equo rudis
H ærere ingenuus puer:
Venariq; timet, ludere doctior,
S eu græco iubeas trocho:
Seu malis, uetita legibus alea.
C um periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem:
I ndignoq; pecuniam
Hæredi properet. ſcilicet improbæ
C reſcunt diuitiæ: tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

## AD BACCHVM.

O de. XXV. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -∪∪- ∪-
-- -∪∪- -∪- ∪-

q Vo me Bacche rapis tui
Plenum? quæ nemora, & quos agor in ſpecus



V elox mente noua? quibus
Antris egregij Cæſaris audiar
A eternum meditans decus
Stellis inſerere, & concilio Iouis?
D icam inſigne recens, adhuc
Indictum ore alio. non ſecus in iugis
E x ſomnis ſtupet Euhyas,
Hebrum proſpiciens, & niue candidam
T hracen, ac pede barbaro
Luſtratam Rhodopen. ut mihi deuio
R ipas, & uacuum nemus
Mirari libet. o' Naiadum potens,
B accharumq; ualentium
Procéras manibus uertere fraxinos,
N il paruum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce periculum eſt
O Lenæe ſequi deum
Cingentem uiridi tempora pampino.

O de. XXVI. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ∪- - -∪∪ -∪∪
-- ∪- - -∪∪ -∪-
-- ∪- -- ∪- -
-∪∪ -∪∪ -∪ -∪

Ixi puellis nuper idoneus:
u Et mulitaui non ſine gloria:
Nunc arma, defunctumq́; bello
Barbiton hic paries habebit:
L euum marinæ qui Veneris latus
Cuſtodit. hic hic ponite lucida
Funalia, & uecteis, & arcus
Oppoſitis foribus minaceis.
O, quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sythonia niue
Regina, ſublimi flagello
Tange Chloen ſemel, arrogantem.

AD GALATEAM nauigaturam.

O de. XXVII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪∪ ––

Mpios parræ recinentis omen
i Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Raua decurrens lupa Lanuuino,
Fœtáq; Vulpes:
R umpat & ſerpens iter inſtitutum:
S i per obliquum ſimilis ſagittæ
T erruit mannos. ego cui timebo,
Prouidus auſpex,



A nte quam ſtanteis repetat paludeis
I mbrium diuina auis imminentum:
O ſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.
S is licet felix ubicunq; mauis:
E t memor noſtri Galatea uiuas:
T éq; nec leuus uetet ire picus,
Nec uaga cornix:
S ed uides quanto trepidet tumultu
P ronus Orion? ego quid ſit ater
A driæ noui ſinus: & quid albus
Peccet Iapyx.
H oſtium uxores, puerîq; cæcos
S entiant motus orientis Auſtri, &
A equoris nigri fremitum, & trementeis
Verbere ripas.
S ic & Europæ niueum doloſo
C redidit tauro latus: & ſcatentem
B elluis pontum, mediaſq́; fraudes
Palluit audax.
N uper in pratis ſtudioſa florum, &
D ebitæ nymphis opifex coronæ
N octe ſubluſtri nihil, aſtra præter
Vidit & undas.
Q uæ ſimul centum tetigit potentem
O ppidis Creten: pater o' relictum
F iliæ nomen, pietaſq́; dixit
Victa furore,
V nde? quo ueni? leuis una mors eſt
V irginum culpæ. uigilans'ne ploro

T urpe commiſſum? an uitijs carentem
Ludit imago
V ana? quæ porta fugiens eburna
S omnium ducit? melius'ne fluctus
I re per longos fuit? an recenteis
Carpere flores?
S i quis infamem mihi nunc iuuencum
D edat iratæ: lacerare ferro, &
F rangere enitar modo multum amati
Cornua tauri.
I mpudens liqui patrios penateis:
I mpudens orcum moror. O' Deorum
S iquis hæc audis: utinam inter errem
Nuda leones.
A nte, quam turpis macies decenteis
O ccupet malas: teneræq; ſuccus
D efluat prædæ: ſpecioſa quæro
Paſcere tigreis.
V ilis Europe, pater urget abſens:
Quid mori ceſſas? potes hac ab orno
P endulum zona bene te ſecuta,
Lædere collum.
S iue te rupes, & acuta leto
S axa delectant: age te procellæ
C rede ueloci: niſi herile manis
Carpere penſum
R egius ſanguis: dominæq; tradi
B arbaræ pellex. aderat querenti
P erfidum ridens Venus, & remiſſo
Filius arcu.



M ox ubi luſit ſatis: abſtineto
D ixit irarum, calidæq; rixæ:
C um tibi inuiſus laceranda reddet
Cornua taurus.
V xor inuicti Iouis eſſe neſcis?
M itte ſingultus: bene ferre magnam
D iſce fortunam: tua ſectus orbis
Nomina ducet.

## AD LYDEN.

O de. XXVIII. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -uu- u-
-- -uu- -uu- uu

Eſto quid potius die
f
Neptuni faciam? prome reconditum
L yde ſtrenua cæcubum:
Munitæq; adhibe uim ſapientiæ.
I nclinare meridiem
Sentis: ac ueluti ſtet uolucris dies:
P arcis diripere horreo
Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.
N os cantabimus inuicem
Neptunum, & uirideis Nereidum comas.
T u curua recines lyra
Latonam, & celeris ſpicula Cynthiæ:
S ummo carmine, quæ Cnidon

Fulgenteiſq; tenet Cycládas: & Paphon
I unctis uiſit oloribus.
Dicetur merita nox quoq; Nenia.

## AD MECOENATEM.

O de. XXIX. Dicolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ∪- - -∪∪ -∪∪
-- ∪- - -∪∪ -∪-
-- ∪- -- ∪- ∪
-∪∪ -∪∪ -∪ --

Yrrhena regum progenies, tibi
t Non ante uerſo lene merum cado
Cum flore Mecœnas roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
I andudum apud me eſt. eripe te moræ:
Ne ſemper udum Tybur, & Eſulæ
Decliue contempleris aruum, &
Telegoni iuga parricidæ.
F aſtidioſam deſere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis:
O' mitte mirari beatæ
Fumum, & opes, ſtrepitumq; Romæ.
P lerunq; gratæ diuitibus uices,
Mundæq; paruo ſub lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis, & oſtro
Sollicitam explicuere frontem.
I am clarus occultum Andromedes pater
Oſtendit



Oſtendit ignem: iam Procyon furit:
Et ſtella ueſani leonis,
Sole dies referente ſiccos.
I am paſtor umbras cum grege languido,
Riuumq; feſſus quærit, & horridi
Dumeta Syluani: caretq;
Ripa uagis taciturna uentis.
T u ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas: & urbi ſollicitus times,
Q uid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaiſq; diſcors.
P rudens futuri temporis exitum
Caligmoſa nocte premit Deus:
Ridetq; ſi mortalis ultra
Fas trepidat. quod adeſt. memento
C omponere æquus. cætera fluminis,
Ritu feruntur, nunc medio alueo
Cum pace dilabentis hetruſcum
In mare: nunc lapides adeſos,
S tirpeiſq; raptas, & pecus, & domos
Voluentis unà, non ſine montium
Clamore, uicinæq; ſyluæ:
Cum fera diluuies quietos
I rritat amneis. ille potens ſui,
Lætuſq; deget: cui licet in diem
Dixiſſe uixi: cras uel atra
Nube polum pater occupato,
V el ſole puro: non tamen irritum
Q uodcunq; retro eſt, efficiet: neq;
Diffinget, infectumq; reddet,

Quod fugiens ſemel hora uexit.
Fortuna ſæuo læta negocio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Laudo manentem. ſi celeres quatit
Pennas: reſigno quæ dedit: & mea
Virtute me inuoluo: probamq;
Pauperiem ſine dote quæro.
Non eſt meum, ſi mugiat africis
Malus procellis: ad miſeras preces
Decurrere: & uotis paciſci
Ne cypriæ, tyriæq; merces
Addant auaro diuitias mari.
Tunc me biremis præſidio ſcaphæ,
Tutum per ægæos tumultus
Aura feret, geminusq; Pollux.

Ode. XXXI. Monocolos, ut, Mecœnas atauis edite regibus.

-- -uu- -uu- uu

e Xegi monimentum ære perennius,
Regaliq; ſitu Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar: multaq; pars mei



Vitabit Libitinam. uſq; ego poſtera
Creſcam laude recens: dum capitolium
Scandet cum tacita uirgine pontifex.
Dicar, qua uiolens obſtrepit Aufidus:
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnator populorum: ex humili potens
Princeps æolium carmen ad italos
Deduxiſſe modos. ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis: & mihi delphica
Lauro cinge uolens Melpomene comam.

## Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER QVARTVS.

Ode. I. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

-- -uu- u-
-- -uu- -uu- uu

i Ntermiſſa Venus diu
Rurſus bella moues. parce precor, precor:
Non ſum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ: deſine dulcium
Mater ſæua cupidinum

Circa luſtra decem flectere mollibus
Iam durum imperijs. abi
Quo blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempeſtiuius in domo
Pauli purpureis ales oloribus
Comeſſabere Maximi:
Si torrere iecur quæris idoneum.
Nanq; & nobilis, & decens,
Et pro ſollicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Late ſigna feret militiæ tuæ.
Et quandoq; potentior
Largis muneribus riſerit æmuli:
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream ſub trabe cypria.
Illic plurima naribus
Duces thura: lyræq;, & berecyntiæ
Delectabere tibiæ
Miſtis carminibus non ſine fiſtula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris uirginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem ſalium, ter quatient humum.
Me nec fœmina, nec puer,
Iam nec ſpes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero:
Nec uincire nouis tempora floribus.
Sed cur heu Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro



Inter uerba cadit lingua ſilentio?
Nocturnis ego ſomnijs
Iam captum teneo: iam uolucrem ſequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas dure uolubileis.

Ode.II. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

-u -- -uu -u --
-u -- -uu -u --
-u -- -uu -u -u
-uu --

Pindarum quiſquis ſtudet æmulari
Iule: ceratis ope dædalea
Nititur pennis, uitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens uelut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluere ripas:
Feruet: immenſusq; ruit profundo
Pindarus ore,
Laurea donandus apollinari,
Seu per audaceis noua dithyrambos
Verba deuoluit: numeriſq; fertur
Lege ſolutis:
Seu deos, regeſq; canit, deorum
Sanguinem: per quos cecidere iuſta
Morte centauri: cecidit tremendæ

Flamma chimæræ:
S iue, quos elea domum reducit
P alma cœleſters: pugilem'ue, equum'ue
D icit: & centum potiore ſignis
Munere donat:
F lebili ſponſæ iuuenem'ue raptum
P lorat: & uirers, animumq́;, moresq́;,
A ureos deducit in aſtra: nigroq́;
Inuidet orco.
M ulta dircæum leuat aura cycnum:
T endit Antoni quoties in altos
N ubium tractus. ego apis matinæ
More, modoq́;
G rata carpentis thyma per laborem
P lurimum, circa nemus, uuidiq́;
T yburis ripas, operoſa paruus
Carmina fingo.
C oncines maiore poeta plectro
C æſarem: quandoq́; trahet feroces
P er ſacrum cliuum merita decorus
Fronde Sicambros,
Q uo nihil maius, melius'ue terris
F ata donauere, boniq́; diui:
N ec dabunt: quamuis redeant in aurum
Tempora priſcum.
C oncines lætoſq́; dies, & urbis
P ublicum ludum, ſuper impetrato
F ortis Auguſti reditu, forumq́;
Litibus orbum.
T um meæ, ſiquid loquar audiendum:



V ocis accedet bona pars: & o' Sol
P ulcher, o' laudande, canam recepto
Cæſare felix.
T uq́; dum procedis: Io` triumphe,
N on ſemel dicemus, Io` triumphe
C iuitas omnis: dabimusq́; diuis
Thura benignis.
T e decem tauri, totidemq́; uaccæ,
M e tener ſoluet uitulus relicta
M atre, qui largis iuueneſcit herbis
In mea uota,
F ronte curuatos imitatus ignes
T ertium Lunæ referentis ortum,
Q ua notam duxit niueus uideri,
Cætera fuluus.

## AD MELPOMENEN.

O de. III. Dicolos diſtrophos, ut, Sic te diua potens Cypri.

– – –∪∪– ∪∪
– – –∪∪– –∪∪– ∪∪

Vem tu Melpomene ſemel
q Naſcentem placido lumine uideris:
I llum non labor iſthmius
Clarabit pugilem: non equus impiger
C urru ducet achaico
Victorem: neq; res bellica delijs

O rnatum folijs ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas:
O ſtendet capitolio.
Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt,
E t ſpiſſæ nemorum comæ,
Fingent æolio carmine nobilem.
R omæ principis urbium
Dignatur ſoboles inter amabileis
V atum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor inuido.
O' teſtudinis aureæ
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas:
O' mutis quoq; piſcibus
Donatura Cycni, ſi libeat, ſonum,
T otum muneris hoc tui eſt.
Quod monſtror digito prætereuntium
R omanæ fidicen lyræ:
Quod ſpiro: & placeo: ſi placeo: tuum eſt.

## DRVSI LAVDES.

O de. IIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ∪- - -∪∪ -∪∪
-- ∪- - -∪∪ -∪-
-- ∪- -∪ ∪- ∪
-∪∪ -∪∪ -∪ --

Valem miniſtrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aueis uagas





Permiſit, expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo:
O lim iuuentas, & patrius uigor
Nido laborum protulit inſcium:
Verniq; iam nimbis remotis,
Inſolitos docuere niſus
V enti pauentem: mox in ouilia
Demiſit hoſtem uiuidus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atq; pugnæ:
Qualem'ue lætis caprea paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab ubere
Iam lacte depulſum leonem,
Dente nouo peritura uidit:
V idere Rhœti bella ſub alpibus
Druſum gerentem Vindelici: quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
D extras obarmet, quærere diſtuli:
Nec ſcire fas eſt omnia: Sed diu,
Lateq; uictrices cateruæ
Conſilijs iuuenis reuictæ
S enſere, quid mens rite, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.
F ortes creantur fortibus: & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

D octrina ſed uim promouet inſitam:
Rectiq; cultus pectora roborant:
Vtcunq; defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas o' Roma Neronibus
Teſtis Metaurum flumen, & Haſdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies latio tenebris,
Qui primus alma riſit adorea:
Dirus per urbeis afer ut italas,
Ceu flamma per tedas, uel Eurus
Per Siculas equitauit undas.
P oſt hoc ſecundis uſq; laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vaſtata Pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos:
D ixitq; tandem perfidus Hannibal,
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur ultro, quos opimus
Fallere, & effugere eſt triumphus.
G ens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata thuſcis æquoribus ſacra,
Natoſq;, maturoſq; patres
Pertulit auſonias ad urbeis:
D uris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in algido
Per damna, per cædeis, ab ipſo
Ducit opes, animumq; ferro.
N on Hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:



Monſtrum'ue ſummiſere Colchi
Maius, echioniæ'ue Thebæ.
M erſes profundo: pulchrior euenit.
Luctere: multa proruet integrum
Cum laude uictorem: geretq;
Prælia coniugibus loquenda.
C arthagini iam non ego nuntios
Mittam ſuperbos: o'cidit, o'cidit
Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Haſdrubale interempto.
N il Claudiæ non efficient manus:
Quas & benigno numine Iuppiter
Defendit: & curæ ſagaces
Expediunt per acuta bella.

## AD AVGVSTVM.

O de. V. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis uario fortis, & hoſtium.

-- -UU- -UU- U-
-- -UU- -UU- U-
-- -UU- -UU- UU
-- -UU- U-

d Iuis orte bonis, optime romulæ
Cuſtos gentis, abes iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto concilio redi.
L ucem redde tuæ dux bone patriæ.
I nſtar ueris enim uultus ubi tuus

A ffulſit: populo gratior it dies:
Et ſoles melius nitent.
V t mater iuuenem, quem notus inuido
F latu carpathij trans maris æquora
C unctantem ſpacio longius annuo
Dulci detinet à domo:
V otis ominibusq;, & precibus uocat:
C uruo nec faciem littore dimouet:
S ic deſyderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.
T utus bos etenim rura perambulat:
N utrit rura Ceres, almáq; fauſtitas:
P acatum uolitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides:
N ullis polluitur caſta domus ſtupris:
M os, & lex maculoſum edomuit nefas:
L audantur ſimili prole puerperæ:
Culpam pœna premit comes.
Q uis parthum paueat? quis gelidum ſcythen.
Q uis, germania quos horrida parturit,
F œtus incolumi Cæſare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
C ondit quiſq; diem collibus in ſuis:
E t uitem uiduas ducat ad arbores:
H inc ad uina redit lætus: & alteris
Te menſis adhibet Deum.
T e multa prece, te proſequitur mero
D iffuſo pateris: & laribus tuum
M iſcet numen, uti Græcia Caſtoris,
Et magni memor Herculis.



L ongas o' utinam dux bone ferias
P ræſtes heſperiæ, dicimus integro
S icci mane die: dicimus uuidi
Cum ſol Oceano ſubeſt.

## AD APOLLINEM ET IN DIA-nam carmen ſæculare.

O de. VI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪ —— —∪∪ —∪ —∪
—∪ —— —∪∪ —∪ ——
—∪∪ ——

Iue, quem proles niobæa magnæ
d Vindicem linguæ, Tityoſq; raptor
Senſit, & troiæ propè uictor altæ
Phthius Achilles,
C æteris maior, tibi miles impar:
F ilius quamuis Thetidos marinæ
D ardanas turres quateret tremenda
Cuſpide pugnax.
I lle mordaci uelut icta ferro
P inus, aut impulſa cupreſſus euro,
P rocidit late: poſuitq; collum
Puluere teucro.
I lle non incluſus equo Mineruæ
S acra mentito, male feriatos
T roas, & lætam Priami choreis

Falleret aulam:
S ed palàm captis grauis, heu neſas, heu,
N eſcios fari pueros achiuis
V reret flammis, etiam latenteis
Matris in aluo:
N i tuis uictus, Venerisq; gratæ
V ocibus, diuûm pater annuiſſet
R ebus Aeneæ potiore ductos
Alite muros.
D octor argutæ fidicen thaliæ
P hœbe, qui Xantho lauis amne crineis:
D auniæ defende decus camœnæ
Leuis Agyleu'.
S piritum Phœbus mihi, Phœbus artem
C arminis, nomenq; dedit poetæ.
V irginum primæ, puerīq; claris
Patribus orti,
D eliæ tutela deæ, fugaceis
L yncas, & ceruos cohibentis arcu,
L eſbium ſeruate pedem, meiq;
Pollicis ictum,
R ite Latonæ puerum canentes,
R ite creſcentem face noctilucam,
P roſperam frugum, celeremq; pronos
Voluere menſeis.
N upta iam dices, ego dis amicum,
S eculo feſtas referente luces,
R eddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.



## AD TORQVATVM.

O de. VII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus hexameter catalecticus, Qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo.

D iffū -- gērĕ nĭ -uu uēs rēdĕ -uu ūnt iam --
grāmĭnă -uu cāmpīs --

S ecundus quiſq; eſt Dactylicus Archilochius dimeter Hypercatalectus, conſtans duobus dactylis & ſyllaba, hoc modo.

ārbŏrĭ -uu būſqŭe cŏ -uu mæ -

-- -uu -uu -- -uu --
-uu -uu -

d Iffugere niues: redeunt iam gramina campis,
Arboribusq; comæ.
Mutat terra uices: & decreſcentia ripas
Flumina prætereunt.
G ratia cum nymphis, geminisq; ſororibus audet
Ducere nuda choros.
I mmortalia ne ſperes monet annus, & almum,
Quæ rapit hora diem.
F rigora miteſcunt Zephyris: uer proterit æſtas
Interitura, ſimul
P omifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners.
D amna tamen celeres reparant cœleſtia Lunæ:

Nos ubi decidimus,
Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus.
Puluis, & umbra ſumus.
Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora di ſuperi?
Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo.
Cum ſemel occideris: & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria:
Non Torquate genus, non te facundia, non te,
Reſtituet pietas.
Infernis neq; enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec lethæa ualet Theſeus abrumpere caro
Vincula Perithoo.

## AD MARTIVM Cenſorinum.

Ode. VIII. Monocolos, ut, Mecœnas atauis edite regibus.

-- -uu- -uu- u-

d Onarem pateras, grataq; com-
modus
Cenſorine meis æra ſodalibus:
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neq; tu peſſima munerum
Ferres: diuite me ſcilicet artium,
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus,

Solers



Solers nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hæc mihi uis: non tibi talium
Res eſt, aut animus delitiarum egens.
Gaudes carminibus: carmina poſſumus
Donare: & pretium dicere muneri.
Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus, & uita redit bonis
Poſt mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorſum Hannibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius, qui domita nomen ab africa
Lucratus redijt: clarius indicant
Laudes, quam calabræ Pierides: neq;
Si chartæ ſileant: quod benefeceris,
Mercedem tuleris. quid foret Iliæ,
Mauortiſq; puer? ſi taciturnitas
Obſtaret meritis inuida Romuli?
Ereptum ſtygijs fluctibus Aeacum
Virtus, & fauor, & lingua potentum
Vatum diuitibus conſecrat inſulis.
Dignum laude uirum muſa uetat mori:
Cœlo Muſa beat. ſic Iouis intereſt
Optatis epulis impiger Hercules.
Clarum Tyndaridæ ſydus ab infimis
Quaſſas eripiunt æquoribus rates.
Ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducat ad exitus.

## AD MARCVM LOLLIVM.

O de. IX. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪
– – ∪ – – – ∪ – –
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

E forte credas interitura, quæ
n Longe ſonantem natus ad Aufidum,
Non ante uulgatas per arteis
Verba loquor ſocianda chordis.
N on, ſi priores mæonius tenet
Sedeis Homerus: Pindaricæ latent,
Cææ'q;, & Alcæi minaces,
Steſichori'q; graues camœnæ.
N ec, ſiquid olim luſit Anacréon,
Deleuit ætas. ſpirat adhuc amor:
Viuunt'q; commiſſi calores
Aeoliæ fidibus puellæ.
N on ſola comptos arſit adulteri
Crineis, & aurum ueſtibus illitum
Mirata, regaleis'q; cultus,
Et comites, Helene lacæna:
P rimus'ue Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non ſemul Ilios
Vexata: non pugnauit ingens
Idomeneus, Sthenelus'ue ſolus
D icenda muſis prælia: non ferox
Hector, uel acer Deiphobus graueis



Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus, pueris'q; primus.
V ixere fortes ante agamemnona
Multi. ſed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignoti'q; longa
Nocte: carent quia uate ſacro.
P aulum ſepultæ diſtat inertiæ
Cælata uirtus. non ego te meis
Chartis inornatum ſileri,
Tot'ue tuos patiar labores
I mpune Lolli carpere liuidas
Obliuiones. eſt animus tibi,
Rerum'q; prudens, & ſecundis
Temporibus, dubijs'q; rectus
V index auaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,
Conſul'q; non unius anni,
Sed quoties bonus, atq; fidus
I udex honeſtum prætulit utili: &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu: & per obſtanteis caterUas
Explicuit ſua uictor arma.
N on poſſidentem multa, uocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
D uram'q; callet pauperiem pati:
Peius'q; leto flagitium timet:
Non ille pro caris amicis,
Aut patria timidus perire.

AD LIGVRINVM.

O de. X · Monocolos, ut, Tu ne quæſieris ſcire nefas quem mihi, quem tibi.

-- -uu- -uu- -uu- u-

Crudelis adhuc, & Veneris muneri-
o bus potens,
Inſperata tuæ cum ueniet pluma ſu-
perbiæ:
Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt puniceæ flore prior roſæ:
Mutatus Ligurinum in faciem uerterit hiſpidam:
Dices, heu (quoties te ſpeculo uideris alterum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

AD PHYLLIDEM.

O de. XI. Dicolos tetraſtrophos, ut, Iam ſatis terris niuis, atq; diræ.

-u -- -uu -u -u
-u -- -uu -u --
-u -- -uu -u --
-uu --

St mihi nonum ſuperantis annum
e Plenus Albani cadus: eſt in horto
Phylli nectendis apium coronis:



Eſt ederæ uis
Multa: qua crines religata fulges:
Ridet argento domus: ara caſtis
Vincta uerbenis, auet immolato
Spargier agno:
Cuncta feſtinat manus: huc, & illuc
Curſitant mixtæ pueris puellæ:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudijs: idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem:
Iure ſolennis mihi, ſanctiorq;
Pene natali proprio: quod ex hac
Luce Mecœnas meus affluentes
Ordinat annos.
Telephum, quem tu petis: occupauit
Non tuæ ſortis iuuenem puella
Diues, & laſciua: tenetq; grata
Compede uinctum.
Terret ambuſtus Phaëthon auaras
Spes: & exemplum graue præbet ales
Pegaſus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem:
Semper ut te digna ſequare: & ultra
Quam licet, ſperare, nefas putando,
Diſparem uites. age iam meorum
Finis amorum,
(Non enim poſthac alia calebo

F œmina) condiſce modos, amanda
V oce quos reddas. minuentur atræ
Carmine curæ.

## AD VIRGILIVM.

O de. XII. Dicolos tetraſtrophos, ut, Scriberis uario fortis, & hoſtium.

-- -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- u-
-- -uu- --

i Am ueris comites, quæ mare temperant:
Impellunt animæ lintea Thraciæ:
I am nec prata rigent: nec fluuij ſtrepunt
Hyberna niue turgidi.
N idum ponit, Itym flebiliter gemens
I nfelix auis, & cecropiæ domus
A eternum opprobrium quod male barbaras
Regum eſt ulta libidines.
D icunt in tenero gramine pinguium
C uſtodes ouium carmina fiſtula:
D electantq; deum, cui pecus, & nigri
Colles arcadiæ placent.
A dduxere ſitim tempora Virgili.
S ed preſſum calibus ducere liberum
S i geſtis, iuuenum nobilium cliens:
Nardo uina merebere.



N ardi paruus onyx eliciet cadum:
Q ui nunc ſulpitijs accubat horreis,
S pes donare nouas largus, amaraq;
Curarum eluere efficax.
A d quæ ſi properas gaudia: cum tua
V elox merce ueni. non ego te meis
I mmunem meditor tinguere poculis:
Plena diues ut in domo.
V erum pone moras, & ſtudium lucri:
N igrorumq; memor, dum licet, ignium
M iſce ſtultitiam conſilijs breuem.
Dulce eſt deſipere in loco.

## IN LYCEN.

O de. XIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, Quis multa gracilis te puer in roſa.

-- - -uu- -uu- u-
-- -uu- -uu- uu
-- -uu --
-- -uu- u-

a Vdiuere Lyce di mea uota: di
Audiuere Lyce: fis anus: & tamen
Vis formoſa uideri:
Ludiſq;: & bibis impudens:
E t cantu tremulo pota cupidinem
Lentum ſollicitas. ille uirentis, et
Doctæ pſallere Chiæ,
Pulchris excubat in genis.

I mportunus enim tranſuolat aridas
Quercus: & refugit te, quia luridi
Dentes, te quia rugæ
Turpant, & capitis niues.
N ec coæ referunt iam tibi purpuræ,
Nec clari lapides tempora: quæ ſemel
Notis condita faſtis,
Incluſit uolucris dies.
Quo fugit uenus heu? quo'ue color decens?
Quo motus? quid habes illius? illius?
Quæ ſpirabat amores:
Quæ me ſurpuerat mihi,
F elix poſt Cynaram, notaq́;, & artium
Gratarum facies: ſed Cynaræ breueis
Annos fata dederunt:
Seruatura diu parem
C ornicis uetulæ temporibus Lycen:
Poſſent ut iuuenes uiſere feruidi
Multo non ſine riſu,
Dilapſam in cineres facem.

## AD AVGVSTVM.

O de. XIIII. Tricolos tetraſtrophos, ut, vides ut alta ſtet niue candidum.

-- u- - -uu -uu
-- u- - -uu -u-
-- u- -- u- u
-uu -uu -u --



Væ cura patrum, quæ'ue quiritium
q Plenis honorum muneribus, tuas
Auguſte uirtutes in æuum
Per titulos, memoresq́; faſtos
A eternet? ó qua ſol habitabileis
Illuſtrat oras maxime principum,
Quem legis expertes latinæ
Vindelici didicere nuper,
Quid marte poſſes. milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus,
Brennosq́; ueloceis, & arceis
Alpibus impoſitas tremendis,
D eiecit acer, plus uice ſimplici.
Maior Neronum mox graue prælium
Commiſit: immaneisq́; Rhætos
Auſpicijs pepulit ſecundis,
S pectandus in certamine martio:
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas prope qualis undas
E xercet auſter pleiadum choro
Scindente nubeis: impiger hoſtium
Vexare turmas: & frementem
Mittere equum medios per igneis.
S ic tauriformis uoluitur Aufidus:
Qui regna Dauni præfluit appuli:
Cum ſæuit: horrendamq́; cultis
Diluuiem minitatur agris:
V t barbarorum Claudius agmina
Ferrata uaſto diruit impetu:

Primoſq́;, & extremos metendo
Strauit humi ſine clade uictor:
Te copias, te conſilium, & tuos
Præbente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandrēa ſupplex,
Et uacuam patefecit aulam:
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus:
Laudemq́;, & optatum per actis
Imperijs decus arrogauit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Meduſq́;, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, o' tutela præſens
Italiæ, dominæq́; Romæ:
Te fontium qui celat origines
Niluſq́;, & Iſter, te rapidus Tigris,
Te belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britānis,
Te non pauentis funera Galliæ,
Duræq́; tellus audit Iberiæ.
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compoſitis uenerantur armis.

AVGVSTI LAVDES.

Ode. XV. Tricolos tetraſtrophos, ut, Vides ut alta ſtet niue candidum.

-- ᴗ- - -ᴗᴗ -ᴗ-
-- ᴗ- - -ᴗᴗ -ᴗ-
-- ᴗ- -- ᴗ- ᴗ
-ᴗᴗ -ᴗᴗ -ᴗ --



Phœbus uolentem prælia me loqui,
Victas & urbeis, increpuit lyræ:
Ne parua tyrrhenum per æquor
Vela darem. tua Cæſar ætas
Fruges & agris rettulit uberes:
Et ſigna noſtro reſtituit Ioui,
Direpta Parthorum ſuperbis
Poſtibus: & uacuum duellis
Ianum Quirini clauſit: & ordinem
Rectum, & uaganti frena licentiæ
Iniecit: amouitq́; culpas:
Et ueteres reuocauit arteis:
Per quas latinum nomen, & italæ
Creuere uires: famaq́;, & imperi
Porrecta maieſtas ad ortum
Solis, ab Heſperio cubili.
Cuſtode rerum Cæſare, non furor
Ciuilis, aut uis eximet otium:
Non ira, quæ procūdit enſeis:
Et miſeras inimicat urbes.
Non qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia: non Getæ,
Non Seres, infidi'ue Perſæ,
Non Tanaim prope flumen orti.
Noſq́; & profeſtis lucibus, & ſacris
Inter iocoſi munera liberi
Cum prole, matroniſq́; noſtris,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remiſto carmine tibijs,

Troiamq́;, & Anchiſen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

## Q. HORATII FLACCI EPO-
## DON LIBER.

### AD MECOENATEM.

O de. I. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus Hipponactius Trimeter Acatalectus, conſtans è ſex Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.

I bīs -- lĭbūr ᴗ- nīs īn -- tĕr āl ᴗ- tă nā ᴗ-
uĭŭm ᴗᴗ

S ecundus quiſq; eſt Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus conſtans quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.

A mī ᴗ- cĕ prō ᴗ- pūgnā -- cŭlă ᴗᴗ
-- ᴗ- -- ᴗ- ᴗ- ᴗᴗ
ᴗ- ᴗ- -- ᴗᴗ

Bis liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula,
i Paratus omne Cæſaris periculum
Subire Mecœnas tuo.
Quid nos? quibus te uita ſit ſupſtite
Iucunda: ſi contra: grauis:
V trum'ne iuſſi perſequemur otium
Non dulce, ni tecum ſimul?



A n hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles uiros:
F eremus? & te uel per alpium iuga,
Inhoſpitalem & caucaſum,
V el occidentis uſq; ad ultimum ſinum,
Forti ſequemur pectore?
R oges, tuum labore quid iuuem meo
Imbellis, ac firmus parum:
C omes minore ſum futurus in metu:
Qui maior abſentes habet.
V t aſſidens implumibus pullis auis
Serpentium allapſus timet
M agis relictis: non, ut adſit, auxili
Latura plus præſentibus.
L ibenter hoc, & omne militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ:
N on ut iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
P ecus'ue calabris ante ſydus feruidum
Lucana mutet paſcua:
N ec ut superni uilla candens thuſculi
Circæa tangat mœnia.
S atis ſuperq́; me benignitas tua
Ditauit. haud parauero,
Quod, aut auarus, ut chremes, terra premam:
Diſcinctus aut perdam ut nepos.

### VITAE RVSTICAE
### LAVDES.

O de.II. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter
alta nauium.

◡– ◡– ◡– ◡– ◡– ◡–
–– ◡– –– ◡◡

Eatus ille, qui procul negocijs,
b Vt priſcæ gens mortalium,
P aterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore:
N ec excitatur claſſico miles truci:
Nec horret iratum mare:
F orumq́; uitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
E rgo aut adulta uitium propagine
Altas maritat populos:
A ut in reducta ualle mugientium
Proſpectat errantes greges:
I nutilesq́; falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
A ut preſſa puris mella condit amphoris:
Aut tondet infirmas oues:
V el cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit:
V t gaudet inſitiua decerpens pyra,
Certantem & uuam purpuræ:
Q ua muneretur te Priape, & te pater
Syluane tutor finium.
L ibet iacere modo ſub antiqua ilice:
Modo in tenaci gramine.
L abuntur altis interim ripis aquæ:
Q ueruntur in ſyluis aues:



F ontesq́; lymphis obſtrepunt manantibus:
Somnos quod inuitet leues.
A t cum tonantis annus hybernus Iouis
Imbres, niuesq́; comparat:
A ut trudit acres hinc & hinc multa cane
Apros in obſtantes plagas:
A ut amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
P auidumq́; leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.
Q uis non malorum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliuiſcitur?
Q uod ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum, atq; dulces liberos:
S abina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis uxor appuli:
S acrum uetuſtis extruat lignis focum
Laſſi ſub aduentum uiri:
C laudensq́; textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiccet ubera:
E t horna dulci uina promens dolio
Dapes inemptas apparet:
N on me lucrina iuuerint conchylia,
Magis'ue rhombus, aut ſcari:
S i quos eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc uertat mare:
N on afra auis deſcendat in uentrem meum,
Non attagen ionicus
I ucundior: quam lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum

Aut herba lapathi prata amantis, & graui
Maluæ ſalubres corpori,
Vel agna feſtis cæſa terminalibus,
Vel hœdus ereptus lupo.
Has inter epulas, ut iuuat paſtas oueis
Videre properanteis domum:
Videre feſſos uomerem inuerſum boues
Collo trahenteis languido:
Poſitosq; uernas, ditis examen domus,
Circum renidenteis lareis.
Hæc ubi locutus: fœnerator Alphius,
Iamiam futurus ruſticus,
Omnem relegit idibus pecuniam:
Quærit calendis ponere.

### AD MECOENATEM allium deteſtans.

Ode. III. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

u– u– –– u– u– u–
u– u– –– uu

Parentis olim ſiquis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edat cicutis allium nocentius.
O dura meſſorum ilia.
Quid hoc ueneni ſæuit in præcordijs?
Num uiperinus his cruor
Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractauit dapes?





Vt Argonautas præter omneis candidum
Medea mirata eſt ducem:
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iaſonem:
Hoc delibutis ulta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
Nec tantus unquam ſyderum inſedit uapor
Siticuloſæ Apuliæ:
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarſit æſtuoſius.
At ſiquid unquam tale concupiueris
Iocoſe Mecœnas: precor
Manum puella ſuauio opponat tuo:
Extrema & in ſponda cubet.

### IN MENAM LIBERTVM Pompeij magni.

Ode. IIII. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

u– u– –– u– –– uu
–– u– –– uu

Lupis, & agnis quanta ſortito obtigit:
Tecum mihi diſcordia eſt,
Ibericis peruſte funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet ſuperbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.

V ides'ne ſacram metiente te uiam
Cum bis ter ulnarum toga:
V t ora uertat huc, & huc euntium
Liberrima indignatio?
S ectus flagellis hic triumuiralibus
Præconis ad faſtidium,
A rat Falerni mille fundi iugera:
Et Appiam mannis terit:
S edilibuſq; magnus in primis eques
Othone contempto ſedet.
Q uid attinet tot ora nauium graui
Roſtrata duci pondere
C ontra latrones, atq; ſeruilem manum,
Hoc hoc tribuno militum?

## IN CANIDIAM Veneficam.

O de. V. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

∪– ∪– –– ∪– –– ∪∪
–– ∪– –– ∪∪

T o' deorum quiſquis in cœlo regis
a Terras, & humanum genus:
Q uid iſte fert tumultus? aut quid omniũ
Vultus in unum me truces?
P er liberos te, ſi uocata partubus
Lucina ueris affuit:
P er hoc inane purpuræ decus precor,
Per improbaturum hæc Iouem,





Q uid ut nouerca me intueris? aut uti
Petita ferro bellua?
V t hæc trementi queſtus ore, conſtitit
Inſignibus raptis puer,
I mpube corpus: quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora:
C anidia breuibus implicata uiperis
Crines, et incomptum caput,
I ubet ſepulchris caprificos erutas,
Iubet cupreſſus funebres,
E t uncta turpis oua ranæ ſanguine,
Plumamq; nocturnæ ſtrigis,
H erbaſq;, quas et colcos, atq; Iberia
Mittit uenenorum ferax,
E t oſſa ab ore rapta ieiunæ canis,
Flamis aduri colchicis.
A t expedita Sagana per totam domum
Spargens auernales aquas,
H orret capillis, ut marinus, aſperis
Echinus, aut currens aper:
A bacta nulla Veia conſcientia,
Ligonibus duris humum
E xhauriebat, ingemens laboribus:
Q uo poſſet infoſſus puer
L ongo die bis, ter ue mutatæ dapis
I nemori ſpectaculo:
C um promineret ore, quantum extant aqua
Suſpenſa mento corpora:
E xerta uti medulla, et aridum iecur,
Amoris eſſet poculum:

I nterminato cum ſemel fixe cibo
Intabuiſſent pupulæ.
N on defuiſſe maſculæ libidinis
Ariminenſem Foliam
E t otioſa credidit Neapolis,
Et omne uicinum oppidum:
Q uæ ſydera excantata uoce theſſala,
Lunamq; cœlo deripit.
H ic irreſectum ſæua dente liuido
Canidia rodens pollicem,
Q uid dixit? aut quid tacuit? o´ rebus meis
Non infideles arbitræ
N ox, & Diana, quæ ſilentium regis:
Arcana cum fiunt ſacra:
N unc nunc adeſte: nunc in hoſtileis domos
Iram, atq; numen uertite.
F ormidoloſis dum latent ſyluis feræ
Dulci ſopore languidæ:
S enem, quod omnes rideant, adulterum
Latrent ſuburranæ canes,
N ardo perunctum: quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.
Q uid accidit? cur dira barbaræ minus
Venena Medeæ ualent?
Q uibus ſuperba fugit ulta pellicem
Magni Creontis filiam:
C um Palla, tabo munus imbutum, nouam
Incendio nuptam abſtulit.
A tqui nec herba, nec latens in aſperis
Radix fefellit me locis.



I ndormit unctis omnium cubilibus
Obliuione pellicum.
A h, ah, ſolutus ambulat ueneficæ
Scientioris carmine.
N on uſitatis Vare potionibus
O´ multa fleturum caput,
A d me recurres: nec uocata mens tua
Marſis redibit uocibus.
M aius parabo: maius infundam tibi
Faſtidienti poculum:
P riusq; cœlum ſidet inferius mari
Tellure porrecta ſuper:
Q uam non amore ſic meo flagres: uti
Bitumen atris ignibus.
S ub hæc puer, iam non, ut ante, mollibus
Lenire uerbis impias:
S ed dubius unde rumperet ſilentium,
Miſit thyeſteas preces.
V enena, magnum fas, nefaſq;, non ualent
Conuertere humanam uicem.
D iris agam uos: dira deteſtatio
Nulla expiatur uictima.
Q uin, ubi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occurram furor:
P etamq; uultus umbra curuis unguibus:
Quæ uis deorum eſt manium:
E t inquietis aſſidens præcordijs,
Pauore ſomnos auferam.
V os turba uicatim hinc, & hinc ſaxis petens
Contundet obſcœnas anus.

Post inſepulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.
Neq; hoc, parentes heu mihi ſuperſtites,
Effugerit ſpectaculum.

## IN MALEDICVM.

Ode. VI. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

◡– ◡– –– ◡– –– ◡◡
–– ◡– –– ◡–

Quid immerentes hoſpites uexas canis
Ignauus aduerſum lupos?
Quin huc inanes, ſi potes, uertis minas:
Et me remorſurum petis.
Nam qualis aut moloſſus, aut fuluus Lacon,
Amica uis paſtoribus,
Agam per altas aure ſublata niues,
Quæcunq; præcedet fera.
Tu cum timenda uoce compleſti nemus:
Proiectum odoraris cibum.
Caue: caue: nanq; in malos aſperrimus
Parata tollo cornua.
Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bubalo.
An ſiquis atro dente me petiuerit,
Inultus ut flebo puer?



## IN BELLVM CIVILE GESTVM contra Brutum, & Caſſium.

Ode. VII. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

–– ◡– –◡◡ ◡–◡–
–– ◡– –– ◡–

Quoquo ſceleſti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enſes conditi?
Parumne campis, atq; neptuno ſuper
Fuſum eſt latini ſanguinis?
Non ut ſuperbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces ureret:
Intactus aut Britãnus ut deſcenderet
Sacra cathenatus uia:
Sed ut ſecundum uota Parthorum, ſua
Vrbs hæc periret dextera.
Neq; hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, niſi indiſpar feris.
Furor'ne cæcus, an rapit uis acrior?
An culpa? reſponſum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit:
Menteſq; perculſæ ſtupent.
Sic eſt. acerba fata romanos agunt,
Scelusq; fraternæ necis:
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

## IN ANVM LIBIDINOSAM.

O de. VIII. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

◡– ◡– –– ◡– –– ◡–

–– ◡– –– ◡–

Ogare longo putidam te ſeculo,
r Vireis quid eneruet meas:
Cum ſit tibi dens ater: & rugis uetus
Frontem ſenectus éxăret:
H ietq́; turpis inter aridas nateis
Podex, uelut crudæ bouis.
S ed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales ubera,
V enterq́; mollis, & femur tumentibus
Exile ſuris additum.
E ſto beata: funus, atq; imagines
Ducant triumphales tuum:
N ec ſit marita, quæ rotundioribus
Onuſta bacis ambulet.
Quid? quod libelli ſtoici inter ſericos
Iacere puluillos amant?
I llitterati num minus nerui rigent?
Minus'ue languet faſcinum?
Quod ut ſuperbo prouoces ab inguine:
Ore allaborandum eſt tibi.

O de. IX. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

–– ◡– –– ◡– –– ◡–

–– ◡– –– ◡◡



Vando repoſtum cæcubū ad feſtas dapes
q Victore lætus Cæſare,
Tecum ſub alta (ſic Ioui gratum (domo
Beate Mecœnas bibam,
S onante miſtum tibijs carmen lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum?
V t nuper: actus cum freto Neptunius
Dux fugit uſtis nauibus,
M inatus Vrbi uincla, quæ detraxerat
Seruis amicus perfidis.
R omanus, (eheu poſteri negabitis,)
Emancipatus fœminæ
F ert uallum, & arma miles: & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt:
I nterq́; ſigna turpe militaria
Sol aſpiciat conopeum.
A d hunc frementeis uerterunt bis mille equos
Galli canentes Cæſarem:
H oſtiliumq́; nauium portu latent
Puppes ſiniſtrorſum citæ.
I ò triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues.
I ò triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportaſti ducem,
N eq; Africano: cui ſuper Carthaginem
Virtus ſepulchrum condidit.
T erra, mariq; uictus hoſtis, punico
Lugubre mutauit ſagum:
A ut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non ſuis,

E xercitatas aut petit ſyrteis noto:

Aut fertur incerto mari.

C apaciores affer huc puer ſcyphos,

Et chia uina, aut leſbia:

V el quod fluentem nauſeam coerceat:

Metire nobis cæcubum.

C uram, metumq; Cæſaris rerum, iuuat

Dulci lyæo ſoluere.

IN MEVIUM.

O de. X. Dicolos diſtrophos, ut, Ibis liburnis inter alta nauium.

∪– ∪– ∪– ∪– ∪– ∪∪

∪– ∪– –– ∪∪

Ala ſoluta nauis exit alite

m Ferens olentem Meuium.

Vt horridis utrunq; uerberes latus,

Auſter memento fluctibus.

N iger rudentes Eurus inuerſo mari,

Fractoſq; remos differat.

I nſurgat Aquilo, quantus altis montibus

Frangit trementeis ilices.

N ec Sydus atra nocte amicum appareat:

Qua triſtis Orion cadit.

Quietiore nec feratur æquore

Quàm graia uictorum manus:

C um Pallas uſto uertit iram ab Ilio

In impiam Aiacis ratem.



O' quantus inſtat nauitis ſudor tuis,

Tibiq; pallor luteus,

E t illa non uirilis eiulatio,

Preces & auerſum ad Iouem!

I onius udo cum remugiens ſinus,

Noto carinam ruperit.

O pima quod ſi præda curuo littore

Porrecta mergos iuuerit:

L ibidinoſus immolabitur caper,

Et agna tempeſtatibus.

AD PECTIVM.

O de. XI. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus Hipponactius Trimeter Acatalectus Qualis ille, Ibis liburnis inter alta nauium, hoc modo.

P ēctī –– nĭhīl ∪– mē sī –– cŭt ān ∪– tĕā ∪– ĭn-
ŭăt ∪∪

S ecundus uero quiſq; eſt Sapphicus conſtans Penthemimere Heroica & Dimetro Iambico ideſt è duobus Dactylis, & ſyllaba, deinde è quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.

S crībĕrĕ –∪∪ uĕrsĭcŭ –∪∪ lōs – ămō ∪– rĕpēr ,∪-
cūlsūm –– grăuī ∪–

–– ∪– –– ∪– ∪– ∪–

–∪∪ –∪∪ – –∪ ∪– –– ∪–

Ecti, nihil me, ſicut antea, iuuat
P Scribere uerſiculos, amore percul-
ſum graui:
A more, qui me præter omneis, expetit
Mollibus in pueris, aut in puellis urere.
H ic tertius december, ex quo deſtiti
Inachia furere: ſyluis honorem decutit.
H eu me per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui: conuiuiorum & pœnitet:
I n quis amantem & languor, & ſilentium
Arguit, & latĕre petitus imo ſpiritus.
C ontraq́; lucrum nil ualere candidum
Pauperis ingenium querebar applorans tibi:
S imul calentis inuerecundus deus
Feruidiora mero arcana promorat loco.
Q uod ſi meis inæſtuat præcordijs
Liberabilis: ut hæc ingrata uentis diuidat
F omenta, uulnus nil malum leuantia:
Deſinet imparibus certare ſummotus pudor.
V bi hæc ſeuerus te palàm laudaueram:
Iuſſus abire domum, ferebar incerto pede
A d non amicos heu mihi posteis, & heu
Limina dura, quibus lumbos, & infregi latus.
N unc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitia, amor Lyciſci me tenet:
V nde expedire non amicorum queant
Libera conſilia, nec contumeliæ graues:
S ed alius ardor, aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri longam renodantis comam.



AD MVLIEREM FOEDAM, & anum.

O de. XII. Dicolos diſtrophos, ut, Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenen.

—∪∪ —∪∪ —— —— —∪∪ ——
—∪∪ —∪∪ —∪∪ ——

Vid tibi uis mulier nigris digniſſima
Q barris?
Munera cur mihi, quid ue tabellas
M ittis nec firmo iuueni, nec naris obeſæ?
Nanq; ſagacius unus odoror:
P olypus, an grauis hirſutis cubet hircus in alis:
Q uàm canis acer, ubi lateat ſus.
Q uis ſudor uietis, et quam malus undiq; membris
Creſcit odor: cum penè ſoluto
I ndomitam properat rabiem ſedare: nec illi
Iam manet humida creta, colorq́;
S tercore fucatus crocodili: iamq́; ſubando
Tenta cubilia, tectaq́; rumpit,
V el mea cum ſæuis agitat faſtidia uerbis,
Inachia langues minus, ac me.
I nachiam ter nocte potes: mihi ſemper ad unum
Mollis opus. pereat male, quæ te
L esbia quærenti taurum monſtrauit inertem:
Cum mihi chous adeſſet Amyntas:
C uius in indomito conſtantior inguine neruus,
Q uàm noua collibus arbor inhæret:
M uricibus Tyrijs iteratæ uellera lanæ,
Cui properabantur? tibi nempe.

N e foret equaleis inter conuiua magis, quem
Diligeret mulier ſua, quàm te.
O' ego non felix, quam tu fugis: ut pauet acreis
Agna lupos, capreæq; leones.

## AD AMICOS.

O de.XIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus, qualis ille, Laudabunt alij clarā Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo.

H ōrrĭdă –ᴗᴗ tēmpē –– ſtās cœ̄ –– lūm cōn ––
trāxĭt ĕt –ᴗᴗ īmbreīs ––

S ecundus uero quiſq; eſt Archilochius conſtans Dimetro Iambico & Penthemimere Heroica, ideſt è quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo. Deinde è duobus Dactylis, & ſyllaba, hoc modo.

N ĭuēs ᴗ– quĕ dē ᴗ– dūcūnt –– Iŏuēm ᴗ– nūnc
mărĕ –ᴗᴗ nūnc sy̆lŭ –ᴗᴗ ǣ –
–ᴗᴗ –– –– –– –ᴗᴗ ––
ᴗ– ᴗ– –– ᴗ– –ᴗᴗ –ᴗᴗ –

Orrida tempeſtas cœlum contraxit &
h : imbres,
Niueſq; deducũt Iouẽ nũc mare, nũc ſyluæ
T hreicio Aquilone ſonant. rapiamus amici
Occaſionem de die: dumq; uirent genua:
E t decet: obducta ſoluatur fronte ſenectus.
Tu uina Torquato moue conſule preſſa meo.



C ætera mitte loqui. deus hæc fortaſſe benigna
Reducet in ſedem uice. nunc & Achæmenia
P erfundi nardo iuuat: & fide Cyllenéa
Leuare diris pectora ſollicitudinibus
N obilis ut grandi cecinit Centaurus alumno,
Inuicte mortalis dea nate puer Thetide
T e manet Aſſaraci tellus: quam frigida parui
Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simoïs.
V nde tibi reditum certo ſub tegmine parcæ
Rupêre: nec mater domum cœrula te reuehet.
I llic omne malum uino, cantuq; leuato
Deformis ægrimoniæ, dulcibus alloquijs.

## AD MECOENATEM.

O de.XIIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt, qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.

M ōllĭs īn –ᴗᴗ ērtĭă –ᴗᴗ cūr tān –– tām dīf –– fū
dĕrĭt –ᴗᴗ īmīs ––

S ecundus autem quiſq; eſt Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus, qualis ille, Amicæ propugnacula, hoc modo.

O blī –– uĭō ᴗ– nēm sēn –– sĭbŭs ᴗᴗ
–ᴗᴗ –ᴗᴗ –– –– –ᴗᴗ ––
–– ᴗ– –– ᴗᴗ

: Ollis inertia cur tantam diffuderit imis
m Obliuionem ſenſibus
Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos

Arente fauce traxerim:
C andide Mecœnas occĭdis ſæpe rogando.
Deus deus nam me uetat,
I ncœptos, olim promiſſum carmen, iambos
Ad umbilicum adducere.
N on aliter ſamio dicunt arſiſſe Batillo
Anacreónta teium:
Q ui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
V reris ipſe miſer. quod ſi non pulchrior ignis
Accendit obſeſſam Ilion,
G aude ſorte tua. me Libertina neq; uno
Contenta Phryne macerat.

## AD NEAERAM.

O de. XV. Dicolos diſtrophos, ut, Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.

–◡◡ –– –– –– –◡◡ ––
–– ◡– ◡– ◡◡

Ox erat: & cœlo fulgebat luna ſereno
n Inter minora ſydera:
Cum tu magnorum numen læſura deorũ
In uerba iurabas mea,
A rctius, atq; edera procéra aſtringitur ilex
Lentis adhærens brachijs:
D um pecori lupus, & nautis infeſtus Orion
Turbaret hybernum mare:
I ntonſosq; agitaret Apollinis aura capillos:
Fore



Fore hunc amorem mutuum.
O' dolitura mea multum uirtute Neæra:
Nam ſiquid in Flacco uiri eſt:
N on feret aſſiduas potiori te dare noctes:
Et quæret iratus parem.
N ec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ:
Si certus intrarit dolor.
A t tu quicunq; es felicior: atq; meo nunc
Superbus incedis malo:
S is pecore, & multa diues tellure licebit:
Tibiq; Pactólus fluat:
N ec te Pythagoræ fallant arcana renati:
Formaq; uincas Niréa:
E heu tranſlatos alio mœrebis amores:
Aſt ego uiciſſim riſero.

## QVERITVR BELLIS CIVILIBVS nullum imponi finem.

O de. XVI. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus Hexameter, hoc modo.

A lĭtĕră –◡◡ iām tĕrĭ –◡◡ tūrbēl –– līs cī –– uī
lĭbŭs –◡◡ ǣtās ––

S ecundus uero quiſq; eſt Iambicus Hipponacteus Trimeter, Q ualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauiũ.
Q uanquam in hac oda ſecundus quiſq; uerſus conſtat è ſolis Iambis, quod ſemel tantum legitur fecisse Horatius. Q uam ob rem uerſus ille, Eamus omnes execrata ciuitas, ſic eſt legendus, Eamus omnis execrata ciuitas. Q uod & Porphyrioni placet, ut ſit figurata locutio, eamus omnis ciuitas execrata hæc, &

quæ poterunt reditus abſcidere dulceis. Sunt enim
omnes iambi, hoc modo.

S ŭĭs ⏑– ĕt īp ⏑– să Rō ⏑– mă uĭ ⏑– rĭbūs ⏑–
rŭĭt ⏑⏑ :

–⏑⏑ –⏑⏑ –– –– –⏑⏑ ––

⏑– ⏑– ⏑– ⏑– ⏑– ⏑⏑

Ltera iam teritur bellis ciuilibus ætas:
a Suis & ipſa Roma uiribus ruit.
Quā neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi,
Minacis aut etruſcæ Pórſenæ manus,
A emula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouisq́; rebus infidelis Allobrox,
N ec fera cœrulea domuit Germania pube,
Parentibusq́; abominatus Hannibal:
I mpia perdemus deuoti ſanguinis ætas:
Ferisq́; rurſus occupabitur ſolum.
B arbarus heu cineres inſiſtet uictor: & urbem
Eques ſonante uerberabit ungula:
Quæq́; carent uentis, & ſolibus, oſſa Quirini,
Nefas uidere, diſſipabit inſolens.
F orte quid expediat, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
N ulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas:
A gros, atq; lareis proprios, habitandaq́; fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
I re, pedes quocunq; ferunt: quocunq; per undas
Notus uocabit, aut proteruus Africus.
S ic placet? an melius quis habet ſuadere? ſecunda



Ratem occupare quid moramur alite?
S ed iuremus in hæc, ſimul imis ſaxa renarint
Vadis leuata: ne redire ſit nefas:
N eu conuerſa domum pigeat dare lintea: quando
Padus matina lauerit cacumina:
I n mare ſeu celſus procurrerit Apenninus:
Nouaq́; monſtra iunxerit libidine
M irus amor: iuuet ut tigreis ſubſidere ceruis:
Adulteretur & columba miluio:
C redula nec flauos timeant armenta leones:
Ametq́; ſalſa leuis hircus æquora.
H æc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulceis,
Eamus omnis execrata ciuitas,
A ut pars indocili melior grege. mollis, & expes
Inominata perprimat cubilia.
V os, quibus eſt uirtus, muliebrem tollite luctum:
Hetruſca præter & uolate littora.
N os manet Oceanus circumuagus arua: beata
Petamus arua, diuites & inſulas:
R eddit ubi cererem tellus inarata quotannis:
Et imputata floret uſq; uinea:
G erminat & nunquam fallentis termes oliuæ:
Suamq́; pulla ficus ornat arborem:
M ella caua manant ex ilice: montibus altis
Leuis crepante lympha deſilit pede.
I llic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ:
Referq́; tenta grex amicus ubera:
N ec ueſpertinus circungemit urſus ouile:
Nec intumeſcit alta uiperis humus:
P luraq́; felices mirabimur: ut neq; largis

Aquoſus Eurus arua radat imbribus:
P inguia nec ſiccis urantur ſemina glebis:
Vtrunq; rege temperante cœlitum.
N on huc argoo contendit remige pinus:
Neq; impudica colchis intulit pedem:
N on huc ſydonij torſerunt cornua nautæ:
Laborioſa nec cohors Vlyſſei.
N ulla nocent pecori contagia: nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia.
I uppiter illa piæ ſecreuit littora genti:
Vt inquinauit ære tempus aureum.
A ere, dehinc ferro durauit ſecula. quorum
Pijs ſecunda uate me datur fuga.

## AD CANIDIAM.

O de. XVII. Monocolos. Sunt enim omnes uerſus Iambi Hipponactei Trimetri Acatalecti, Qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium, hoc modo.

I ām iam ēf –– fĭcā ∪– cī dō –– mănūs ∪–
ſcĭēn ∪– tĭǣ ∪–
S ūpplēx –– ĕt ō ∪– rō rē –– gnă pēr ∪– Prō
sēr –– pĭnǣ ∪–
–– ∪– –– ∪– ∪– ∪–
–– ∪– –– ∪– –– ∪–

Am iam efficaci do manus ſcientiæ
i Supplex: & oro regna per Proſerpinæ,
Per & Dianæ non mouenda numina,
P er atq; libros carminum ualentium



R efixa cœlo deuocare ſydera,
C anidia parce uocibus tandem ſacris:
C itum'q; retro ſolue ſolue turbinem.
M ouit nepotem Telephus nereium:
I n quem ſuperbus ordinarat agmina
M yſorum: & in quem tela acuta torſerat.
V nxere matres Iliæ addictum feris
A litibus, atq; canibus homicidam Hectorem:
P oſtquam relictis mœnibus rex procidit
H eu peruicacis ad pedes Achillei.
S etoſa duris exuêre pellibus
L aborioſi remiges Vlyſſei
V olente circe membra: tunc mens, & ſonus
R elapſus, atq; notus in uultus honor.
D edi ſatis, ſuper'q;, pœnarum tibi
A mata nautis multum, & inſtitoribus.
F ugit iuuentas, & uerecundus color
R eliquit oſſa pelle amicta lurida:
T uis capillus albus eſt odoribus:
N ullum à labore me reclinat otium:
V rget diem nox, & dies noctem: neq; eſt
L euare tenta ſpiritu præcordia.
E rgo negatum uincor, ut credam miſer
S abella pectus increpare carmina:
C aputq; marſa diſſilire nenia.
Q uid amplius uis? o' mare, & terra, ardeo:
Q uantum neq; atro delibutus Hercules
N eſſi cruore: nec ſicana feruida
V rens in Aetna flamma. tu, donec cinis
I niurioſis aridus uentis ferar:

C ales uenenis officina colchicis.
Q uæ finis? aut quod me manet ſtipendium?
E ffare: iuſſas cum fide pœnas luam:
P aratus expiare, ſeu popoſceris
C entum iuuencos: ſiue mendaci lyræ
V oles ſonari: tu pudica, tu proba,
P erambulabis aſtra ſydus aureum.
I nfamis Helenæ Caſtor offenſus uicæ,
F raterq́; magni Caſtoris, uicti prece
A dempta uati reddidere lumina.
E t tu (potes nam) ſolue me dementia,
O' nec paternis obſoleta ſordibus,
N ec in ſepulchris pauperum prudens anus
N ouendiales diſſipare pulueres.
T ibi hoſpitale pectus: & puræ manus:
T uusq́; uenter Pactumeius: & tuo
C ruore rubros obſtetrix pannos lauit.
V tcunq; fortis exilis puerpera.

## CANIDIA.

Q uid obſeratis auribus fundis preces?
N on ſaxa nudis ſurdiora nauitis
N eptunus alto tundit Hybernus ſalo.
I nultus, ut tu riſeris cotyttia
V ulgata ſacrum liberi cupidinis?
E t exquilini pontifex uenefici
I mpune ut urbem nomine impleris meo?
Q uid proderit ditaſſe pelignas anus?
V elociusue miſcuiſſe toxicum?



S i tardiora fata te uotis manent?
I ngrata miſero uita ducenda eſt in hoc:
N ouis ut uſq; ſuppetas doloribus.
O ptat quietem Pelopis infidus pater
E gens benignæ Tantalus ſemper dapis:
O ptat Prometheus obligatus aliti
O ptat ſupremo collocare Siſyphus
I n monte ſaxum: ſed uetant leges Iouis.
V oles modo altis deſilire turribus:
M odo enſe pectus norico recludere:
F ruſtraq́; uincla gutturi innectes tuo,
F aſtidioſa triſtis ægrimonia.
V ectabor humeris tunc ego inimicis eques:
M eæq́; terra cedet inſolentiæ.
A n quæ mouere cereas imagines,
V t ipſe noſti curioſus, & polo
D eripere Lunam uocibus poſſum meis:
P oſſum crematos excitare mortuos:
D eſyderiq́; temperare poculum:
P lorem artis in te nil habentis exitum?

# Q. HORATII FLACCI CAR MEN SECVLARE.

O de dicolos tetraſtrophos, Qualis ille, Iam ſatis terris, hoc modo.

–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪ –– –∪∪ –∪ ––
–∪ –– –∪∪ –∪ –∪
–∪∪ ––

Hœbe, ſyluarumq́; potens Diana,
p Lucidum cœli decus, o' colendi
Semper, & culti, date quæ precamur
Tempore ſacro:
Q uo Sibyllini monuere uerſus,
V irgines lectas, puerosq́; caſtos
D ijs, quibus ſeptem placuere colles:
Dicere carmen.
A lme Sol, curru nitido diem qui
P romis: & celas: aliusq́;, & idem
N aſceris: poſſis nihil urbe Roma
Viſere maius.
R ite maturos aperire partus
L enis Ilithyia, tuere matres:
S iue tu Lucina probas uocari,
Seu genitalis.
D iua producas ſobolem: patrumq́;
P roſperes decreta ſuper iugandis
F œminis, prolisq́; nouæ feraci
Lege marita:



C ertus ut denos decies per annos
O rbis, & cantus, referatq́; ludos,
T er die claro, totiesq́; grata
Nocte frequentes.
V osq́; ueraces cecíniſſe parcæ,
Q uod ſemel dictum eſt, ſtabilisq́; rerum
T erminus ſeruat, bona iam peractis
Iungite fata.
F ertilis frugum, pecorisq́; tellus
S picea donet Cererem corona:
N utriant fœtus & aquæ ſalubres,
Et Iouis auræ.
C ondito mitis, placidusq́; telo
S upplices audi pueros Apollo:
S yderum regina bicornis audi
Luna puellas.
R oma ſi ueſtrum eſt opus: Iliæq́;
L ittus Hetruſcum tenuere turmæ,
I uſſa pars mutare lares, & urbem
Soſpite curſu:
C ui per ardentem ſine fraude troiam
C aſtus Aeneas patriæ ſuperſtes
L iberum muniuit iter daturus
Plura relictis
D i probos mores docili iuuentæ,
D i ſenectuti placidæ quietem,
R omulæ genti date, remq́;, prolemq́;,
Et decus omne.
Q uiq; uos bobus ueneratur albis
C larus Anchiſæ, Venerisq́; ſanguis:

I mperet bellante prior, iacentem
Lenis in hoſtem.
I am mari, terra'q; manus potenteis
M edus, albanas'q; timet ſecureis:
I am Scythæ reſponſa petunt ſuperbi,
Nuper, & Indi:
I am fides, & pax, & honor, pudor'q;
P riſcus, & neglecta redire uirtus
A udet: appare t'q; beata pleno
Copia cornu.
A ugur, & fulgente decorus arcu
P hœbus, acceptus'q; nouem camœnis,
Q ui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus:
S i palatinas uidet æquus arceis,
R em'q; romanam, latium'q; felix:
A lterum in luſtrum, melius'q; ſemper
Proroget æuum.
Q uæq; Auentinum tenet, Algidum'q;
Q uindecim Diana preces uirorum
C uret: & uotis puerorum amicas,
Applicet aureis.
H æc Iouem ſentire, deos'q; cunctos
S pem bonam, certam'q; domum reporto
D octus, & Phœbi chorus, & Dianæ
Dicere laudes.

FINIS.



# Q. HO. F. LIBER DE ARTE POETICA AD PISONES.

·VMANO CAPITI CERVI
cem pictor equinam
h Iungere ſi uelit, & uarias inducere
plumas,
Vndiq; collatis mēbris: ut turpiter atrū
D eſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne:
S pectatum admiſſi riſum teneatis amici?
C redite Piſones iſti tabulæ fore librum
P erſimilem: cuius uelut ægri ſomnia, uanæ
F ingentur ſpecies: ut nec pes, nec caput uni
R eddatur formæ. pictoribus, atq; poetis
Q uidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
S cimus, & hanc ueniam petimus'q;, damus'q; uiciſſim.
S ed non ut placidis coeant immitia: non ut
S erpentes auibus geminentur, tigribus agni.
I nceptis grauibus plerunq;, & magna profeſſis,
P urpureus, late qui ſplendeat, unus, & alter
A ſſuitur pannus: cum lucus, & ara Dianæ,
E t properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
A ut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.
S ed nunc non erat his locus: & fortaſſe cupreſſum
S cis ſimulare. quid hoc? ſi fractis enatat expes
N auibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
I nſtitui: currente rota cur urceus exit?
D eniq; ſit quod uis ſimplex du'ntaxat, & unum.
M axima pars uatum pater, & Iuuenes patre digni
D ecipimur ſpecie recti. breuis eſſe laboro,

O bſcurus fio. ſectantem leuia, nerui
D eficiunt, animiq́; : profeſſus grandia turget :
S erpit humi, tutus nimium, timidusq́; procellæ.
Q ui uariare cupit rem prodigaliter unam :
D elphinum ſyluis appingit, fluctibus aprum.
I n uitium ducit culpæ fuga : ſi caret arte.
A emylium circa ludum faber Imus & ungueis
E xprimet : & molleis imitabitur ære capillos :
I nfelix operis ſumma : quia ponere totum,
N eſciet. hunc ego me, ſiquid componere curem :
N on magis eſſe uelim : quàm prauo uiuere naſo
S pectandum nigris oculis, nigroq́; capillo.
S umite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam
V iribus : & uerſate diu, quid ferre recuſent,
Q uid ualeant humeri. cui lecta potenter erit res :
N ec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
O rdinis hæc uirtus erit, & uenus : aut ego fallor :
V t iam nunc dicat : iam nunc debentia dici
P leraq; differat : & præſens in tempus omittat.
H oc amet : hoc ſpernat promiſſi carminis autor.
I n uerbis etiam tenuis, cautusq́; ſerendis
D ixeris egregie : notum ſi callida uerbum
R eddiderit iunctura nouum. ſi forte neceſſe eſt
I ndicijs monſtrare recentibus abdita rerum :
F ingere cinctutis non exaudita Cethegis
C ontinget : dabiturq́; licentia ſumpta pudenter.
E t noua, fictaq́; nuper habebunt uerba fidem : ſi
G ræco fonte cadant parce detorta. quid autem
C æcilio, Plautoq́; dabit romanus, ademptum
V irgilio, Varioq́; ? ego, cur acquirere pauca



S i poſſum : inuideor ? cum lingua Catonis, & Enni
S ermonem patrium ditauerit : & noua rerum
N omina protulerit ? licuit, ſemperq́; licebit,
S ignatum præſente nota producere nomen.
V t ſyluæ folijs pronos mutantur in annos :
P rima cadunt : ita uerborum uetus interit ætas :
E t iuuenum ritu florent modo nata : uigentq́;.
D ebemur morti nos, noſtraq́; : ſiue receptus
T erra Neptunus, claßeis Aquilonibus arcet,
R egis opus : ſterilisq́ue diu palŭs, aptaq́; remis
V icinas urbeis alit : & graue ſentit aratrum :
S eu curſum mutauit. iniquum frugibus amnis
D octus iter melius. mortalia facta peribunt :
N edum ſermonum ſtet honos, & gratia uiuax.
M ulta renaſcentur, quæ iam cecidere : cadentq́;,
Q uæ nunc ſunt in honore uocabula : ſi uolet uſus :
Q uem penes arbitriū eſt, & uis, & norma loquēdi.
R es geſtæ, regumq́;, ducumq́;, & triſtia bella
Q uo ſcribi poſſent numero : monſtrauit Homerus.
V erſibus impariter iunctis querimonia primum,
P oſt etiam incluſa eſt uoti ſententia compos.
Q uis tamen exiguos elegos emiſerit autor :
G rammatici certant : & adhuc ſub iudice lis eſt.
A rchilochum proprio rabies armauit iambo.
H unc ſocci cepere pedem, grandesq́; cothurni,
A lternis aptum ſermonibus, & populareis
V incentem ſtrepitus, & natum rebus agendis.
M uſa dedit fidibus diuos, puerosq́; deorum,
E t pugilem uictorem, & equum certamine primum,
E t iuuenum curas, & libera uina referre.

Deſcriptas ſeruare uices, operumq́; colores,
Cur ego, ſi nequeo: ignoroq́;: poeta ſalutor?
Cur neſcire, pudens praue, quàm diſcere malo?
Verſibus exponi tragicis res comica non uult.
Indignatur item priuatis, ac propè ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.
Singula quæq; locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & uocem comœdia tollit:
Iratusq́; Chremes tumido delitigat ore.
Et tragicus plerunq; dolet ſermone pedeſtri.
Telephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterq;:
Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia uerba.
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela:
Non ſatis eſt pulchra eſſe poemata: dulcia ſunto:
Et quocunq; uolent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident: ita flentibus adſunt
Humani uultus. ſi uis me flere: dolendum eſt
Primum ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædent,
Telephe, uel Peleu: male ſi mandata loqueris
Aut dormitabo, aut ridebo. triſtia mœſtum
Vultum uerba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem, laſciua: ſeuerum, ſeria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: iuuat: aut impellit ad irã:
Aut ad humum mœrore graui deducit: & angit.
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta:
Romani tollent equites, peditesq́; cachinum.
Intererit multum Dauus ne loquatur, an Heros,
Maturus'ne Senex, an adhuc florente iuuenta



Feruidus, an matrona potens, an ſedula nutrix,
Mercator'ne uagus, cultor'ne uirentis agelli,
Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam ſequere: aut ſibi conuenientia finge
Scriptor. honoratum ſi forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget ſibi nata: nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox, inuictaq́;: flebilis Ino'.
Perfidus Ixion: Iò uaga: triſtis Oreſtes.
Siquid inexpertum ſcænæ committis: & audes
Perſonam formare nouam: ſeruetur ad imum,
Qualis ab incepto proceſſerit: & ſibi conſtet.
Difficile eſt proprie communia dicere: tuq́;
Rectius Iliacum carmen deducis in actus:
Quàm ſi proferres ignota, indictaq́; primus.
Publica materies priuati iuris erit: ſi
Nec circa uilem, patulumq́; moraberis orbem.
Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus
Interpres: nec deſilies imitator in arctum:
Vnde pedem proferre pudor uetet, aut operis lex.
Nec ſic incipies, ut ſcriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes: naſcetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte.
Dic mihi muſa uirum: captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum uidit, & urbeis.
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat: ut ſpecioſa dehinc miracula promat,
Antiphaten, Scyllamq́;, et cum Cyclope Charybdim.

N ec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
N ec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.
S emper ad euentum feſtinat: & in medias res
N on ſecus, ac notas auditorem rapit: & quæ
D eſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.
A tq; ita mentitur: ſic ueris falſa remiſcet:
P rimo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
T u quid ego, & populus mecum deſyderet, audi.
S i plauſoris eges aulæa manentis, & uſq;
S eſſuri, donec cantor, uos plaudite, dicat:
A etatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores:
M obilibuſq; decor naturis dandus, & annis.
R eddere qui uoces iam ſcit puer: & pede certo
S ignat humum: geſtit paribus colludere: & iram
C olligit: ac ponit temere: & mutatur in horas.
I mberbis iuuenis tandem cuſtode remoto
G audet equis, canibuſq;, & aprici gramine campi,
C ereus in uitium flecti, monitoribus aſper,
V tilium tardus prouiſor, prodigus æris,
S ublimis, cupiduſq;, & amata relinquere, pernix.
C onuerſis ſtudijs ætas, animuſq; uirilis
Q uærit opes, & amicitias: inſeruit honori:
C ommiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.
M ulta ſenem circumueniunt incommoda: uel quod
Q uærit: & inuentis miſer abſtinet: ac timet uti:
V el quod res omnes timide, gelideq; miniſtrat,
D ilator, ſpe longus, iners, auiduſq; futuri,
D iffialis, querulus, laudator temporis acti
S e puero, cenſor, caſtigatorq; minorum.
M ulta ferunt anni uenientes commoda ſecum:





M ulta recedentes adimunt. ne forte ſeniles
M andentur iuueni partes, pueroq; uiriles:
S emper in adiunctis, æuoq; morabimur aptis.
A ut agitur res in ſcœnis: aut acta refertur.
S egnius irritant animos demiſſa per aurem:
Q uàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus: & quæ
I pſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
D igna geri, promes in ſcænam: multaq; tolles
E x oculis: quæ mox narret facundia præſens.
N ec pueros coràm populo Medea trucidet:
A ut humana palàm coquat exta nefarius Atreus:
A ut in auem Progne uertatur: Cadmus in anguem.
Q uodcunq; oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
N eue minor, quinto neu ſit productior actu
F abula: quæ poſci uult: & ſpectata reponi.
N ec deus interſit: niſi dignus uindice nodus
I nciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
A utoris partes chorus, officiumq; uirile
D efendat: neu quid medios intercinat actus:
Q uod non propoſito conducat: & hæreat apte.
I lle bonis faueatq;: & conſilietur amicis:
E t regat iratos: & amet peccare timenteis.
I lle dapes laudet menſæ breuis: ille ſalubrem
I uſtitiam, legeſq;, & apertis otia portis.
I lle tegat commiſſa: deoſq; precetur: & oret:
V t redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
T ibia non ut nunc orichalco uincta, tubæq;
A emula, ſed tenuis, ſimplexq; foramine pauco
A ſpirare, & adeſſe choris erat utilis: atq;
N on dum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.

Q uo ſanè populus numerabilis, utpote paruus,
E t frugi, caſtuſq́; uerecunduſq́; coibat.
P oſtquam cœpit agros extendere uictor: & urbem
L atior amplecti murus: uinoq́; diurno
P lacari Genius feſtis impune diebus:
A cceſſit numeriſq́;, modiſq́;, licentia maior.
I ndoctus quid enim ſaperet, liberq́; laborum,
R uſticus, urbano confuſus, turpis honeſto?
S ic priſcæ motumq́;, & luxuriam addidit arti
T ibicen: traxitq́; uagus per pulpita ueſtem.
S ic etiam fidibus uoces creuere ſeueris:
E t tulit eloquium inſolitum facundia præceps:
V tiliumq́; ſagax rerum, & diuina futuri
S ortilegis non diſcrepuit ſententia delphis.
C armine qui tragico uilem certauit ob hircum,
M ox etiam agreſteis Satyros nudauit: & aſper
I ncolumi grauitate iocum tentauit: eò quod
I llecebris erat, & grata nouitate morandus
S pectator, functuſq́; ſacris, & potus, & ex lex.
V erum ita riſores, ita commendare dicaces
C onueniet ſatyros: ita uertere ſeria ludo:
N e, quicunq; deus, quicunq; adhibebitur heros,
R egali conſpectus in auro nuper, & oſtro,
M igret in obſcuras humili ſermone tabernas:
A ut dum uitat humum, nubeis, & inania captet.
E ffutire leueis indigna tragœdia uerſus:
V t feſtis matrona moueri iuſſa diebus:
I ntererit ſatyris paulum pudibunda proteruis.
N on ego inornata, & dominantia nomina ſolum,
V erbaq́; Piſones ſatyrorum ſcriptor amabo:



N ec ſic enitar tragico differre colori:
V t nihil interſit dauus'ne loquatur: an audax
P ithias emuncto lucrata Simone talentum:
A n cuſtos, famuluſq́; dei ſilenus alumni.
E x noto fictum carmen ſequar: ut ſibi quiuis
S peret idem: ſudet multum, fruſtraq́; laboret
A uſus idem. tantum ſeries, iuncturaq́; pollet:
T antum de medio ſumptis accedit honoris.
S yluis deducti caueant me iudice Fauni:
N e uelut innati triuijs, ac penè forenſes,
A ut nimium teneris iuuenentur uerſibus unquam:
A ut immunda crepent, ignominioſaq́; dicta.
O ffenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
N ec, ſiquid fricti ciceris probat, & nucis emptor:
A equis accipiunt animis: donant'ue corona.
S yllaba longa breui ſubiecta, uocatur Iambus,
P es citus: unde etiam trimetris accreſcere iuſſit
N omen iambeis: cum ſenos redderet ictus,
P rimus ad extremum ſimilis ſibi. non ita pridem,
T ardior ut paulò, grauiorq́; ueniret ad aureis:
S pondeos ſtabileis in iura paterna recepit
C ommodus, & patiens: non ut de ſede ſecunda
C ederet, aut quarta ſocialiter. hic & in Acci
N obilibus trimetris apparet rarus, & Enni.
I n ſcenam miſſos magno cum pondere uerſus,
A ut operæ celeris nimium, curaq́; carentis,
A ut ignoratæ premit artis crimine turpi,
N on quiuis uidet immodulata poemata: iudex:
E t data romanis uenia eſt indigna poetis.
I ccirco'ne uager? ſcribamq́; licenter? an omneis

V iſuros peccata putem mea? tutus, & intra
S pem ueniæ cautus, uitaui deniq; culpam:
N on laudem merui. uos exemplaria græca
N octurna uerſate manu: uerſate diurna.
A t noſtri proaui plautinos & numeros, &
L audauere ſales, nimium patienter utrunq;,
N e dicam ſtulte mirati: ſi modo ego, & uos
S cimus inurbanum lepido ſeponere dicto:
L egitimumq́; ſonum digitis callemus, & aure.
I gnotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
D icitur: & plauſtris uexiſſe poemata Theſpis:
Q uæ canerent: agerentq́; peruncti fecibus ora.
P oſt hunc perſonæ, pallæq́; repertor honeſtæ
A eſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis:
E t docuit, magnumq́; loqui, nitiq́; cothurno.
S ucceſſit uetus his comœdia, non ſine multa
L aude: ſed in uitium libertas excidit, & uim
D ignam lege regi, lex eſt accepta: chorusq́;
T urpiter obticuit ſublato iure nocendi.
N il intentatum noſtri liquere poetæ:
N ec minimum meruere decus, ueſtigia græca
A uſi deſerere, & celebrare domeſtica facta:
V el qui prætextas, uel qui docuere togatas.
N ec uirtute foret, clarisue potentius armis,
Q uàm lingua latium: ſi non offenderet unum
Q uenq; poetarum limæ labor, & mora. uos ó
P ompilius ſanguis carmen reprehendite: quod non
M ulta dies, & multa litura coercuit: atq;
P erfectum decies non caſtigauit ad unguem.
I ngenium miſera quia fortunatius arte



C redit: & excludit ſanos helicone poetas
D emocritus: bona pars non ungues ponere curat,
N on barbam: ſecreta petit loca: balnea uitat.
N anciſcetur enim pretium, nomenq́; poetæ:
S i tribus anticyris caput inſanabile nunquam
T onſori lycino commiſerit. O' ego leuus,
Q ui purgor bilem ſub uerni temporis horam.
N on alius faceret meliora poemata. uerum
N il tanti eſt. ergo fungar uice cotis: acutum
R eddere quæ ferrum ualet exſors ipſa ſecandi.
M unus, & officium nil ſcribens ipſe docebo:
V nde parentur opes: quid alat, formetq́; poetam:
Q uid deceat: quid non: quo uirtus, quo ferat error.
S cribendi recte, ſapere eſt & principium, & fons.
R em tibi ſocraticæ poterunt oſtendere chartæ:
V erbaq́; prouiſam rem non inuita ſequentur.
Q ui didicit patriæ quid debeat: & quid amicis:
Q uo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes:
Q uod ſit conſcripti, quod iudicis officium: quæ
P artes in bellum miſſi ducis: ille profecto
R eddere perſonæ ſcit conuenientia cuique.
R eſpicere exemplar uitæ, morumq́; iubebo
D octum imitatorem: & ueras hinc ducere uoces.
I nterdum ſpecioſa iocis, morataq́; recte,
F abula nullius ueneris, ſine pondere, & arte,
V aldius oblectat populum: meliusq́; moratur:
Q uàm uerſus inopes rerum, nugæq́; canoræ.
G raijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
M uſa loqui, præter laudem nullius auaris.
R omani pueri longis rationibus aſſem

D iſcunt in parteis centum diducere. dicat
F ilius Albini, ſi de quincunce remota eſt
V ncia: quid ſuperat? poteras dixiſſe triens. heu
R em poteris ſeruare tuam. redit uncia: quid fit?
S emis. ad hæc animos ærugo, & cura peculi,
C um ſemel imbuerit: ſperamus carmina fingi
P oſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo?
A ut prodeſſe uolunt, aut delectare poetæ:
A ut ſimul & iucunda, & idonea dicere uitæ.
Q uidquid præcipies, eſto breuis: ut cito dicta
P ercipiant animi dociles: teneantq; fideles.
O mne ſuperuacuum pleno de pectore manat.
F icta uoluptatis cauſſa, ſint proxima ueris.
N ec quodcunq; uolet, poſcat ſibi fabula credi:
N eu pranſæ Lamiæ uiuum puerum extrahat aluo.
C enturiæ ſeniorum agitant expertia frugis:
C elſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes.
O mne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,
L ectorem delectando, pariterq; monendo.
H ic meret æra liber Soſijs: hic & mare tranſit:
E t longum noto ſcriptori prorogat æuum.
S unt delicta tamen, quibus ignouiſſe uelimus.
N ã neq; chorda ſonũ reddit, quẽ uult manus, & mẽs:
P oſcentiq; grauem perſæpe remittit acutum:
N ec ſemper feriet quodcunq; minabitur arcus.
V erum ubi plura nitent in carmine: non ego paucis
O ffendar maculis: quas aut incuria fudit:
A ut humana parum cauit natura. quid ergo?
V t ſcriptor ſi peccat idem librarius uſq;,
Q uamuis eſt monitus: uenia caret: & citharœdus



R idetur: chorda qui ſemper oberrat eadem.
S ic mihi qui multum ceſſat, fit Cherilus ille:
Q uem bis, terq; bonum, cum riſu miror: & idem
I ndignor: quandoq; bonus dormitat Homerus.
V erum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.
V t pictura poeſis erit: quæ, ſi propius ſtes,
T e capiet magis: & quædam ſi longius abſtes.
H æc amat obſcurum: uolet hæc ſub luce uideri,
I udicis argutum quæ non formidat acumen.
H æc placuit ſemel: hæc decies repetita placebit.
O maior iuuenum, quamuis & uoce paterna
F ingeris ad rectum: & per te ſapis: hoc tibi dictum
T olle memor: certis medium, & tolerabile rebus
R ecte concedi. conſultus iuris, & actor
C auſarum mediocris, abeſt uirtute diſerti
M eſſalæ: nec ſcit quantum Caſellius Aulus:
S ed tamen in pretio eſt. mediocribus eſſe Poetis
N on homines, non di, non conceſſere columnæ.
V t gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
E t craſſum unguentum, & ſardo cum melle papauer,
O ffendunt: poterat duci quia cœna ſine iſtis.
S ic animis natum, inuentumq; poema iuuandis,
S i paulum ſummo diſceſſit: uergit ad imum.
L udere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis:
I ndoctusq; pilæ, diſci'ue, trochi'ue quieſcit:
N e ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.
Q ui neſcit, uerſus tamen audet fingere. quid ni?
L iber & ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem
S ummam nummorum, uitioq; remotus ab omni.
T u nihil inuita dices, faciesq; minerua:

I d tibi iudicium eſt: ea mens. ſiquid tamen olim
S cripſeris: in metij deſcendat iudicis aureis,
E t patris, & noſtras: nonumq; prematur in annū.
M embranis intus poſitis delere licebit,
Quod non edideris. neſcit uox miſſa reuerti.
S yluestreis homines ſacer, interpresq; deorum
C ædibus, & uictu fœdo deterruit Orpheus.
D ictus ob hoc lenire tigreis, rapidosq; leones.
D ictus & Amphion thebanæ conditor arcis
S axa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
D ucere quo uellet. fuit hæc ſapientia quondam:
P ublica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
C oncubitu prohibere uago: dare iura maritis:
O ppida moliri: leges incidere ligno.
S ic honor, & nomen diuinis uatibus, atq;
C arminibus uenit. poſt hos inſignis Homerus:
T yrtæusq; mares animos in martia bella
V erſibus exacuit. dictæ per carmina ſortes:
E t uitæ monſtrata uia eſt: & gratia regum
P ierijs tentata modis: ludusq; repertus:
E t longorum operum finis: ne forte pudori
S it tibi muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo.
N atura fieret laudabile carmen, an arte
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite uena,
N ec rude quid proſit uideo ingenium: alterius ſic
A ltera poſcit opem res: & coniurat amice.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam:
M ulta tulit, fecitq; puer: ſudauit: & alſit:
A bſtinuit uenere, & uino. qui Pythia cantat
T ibicen: didicit prius: extimuitq; magiſtrum.



N unc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poemata pango.
O ccupet extremum ſcabies. mihi turpe relinqui eſt:
E t quod non didici, ſane neſcire fateri.
V t præco ad merceis turbam qui cogit emendas:
A ſſentatores iubet ad lucrum ire poeta
D iues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
S i uero eſt, unctum qui recte ponere poſſit:
E t ſpondere leui pro paupere: & eripere atris
L itibus implicitum: mirabor ſi ſciet inter
N oſcere mendacem, uerumq; beatus amicum.
T u ſeu donaris, ſeu quid donare uoles cui:
N olito aduerſus tibi factos ducere plenum
L ætitiæ. clamabit enim pulchre bene, recte:
P alleſcet ſuper his: etiam ſtillabit amicis
E x oculis rorem: ſaliet: tundet pede terram.
V t qui conducti plorant in funere, dicunt,
E t faciunt prope plura dolentibus ex animo: ſic
D eriſor uero plus laudatore mouetur.
R eges dicuntur multis urgere culullis,
E t torquere mero, quem perſpexiſſe laborent:
A n ſit amicitia dignus. ſi carmina condes:
N unquam te fallant animi ſub uulpe latentes.
Quintilio ſiquid recitares, corrige ſodes
H oc aiebat, & hoc. melius te poſſe negares:
B is, terq; expertum fruſtra, delere iubebat:
E t male tornatos incudi reddere uerſus.
S i defendere delictum, quam uertere malles:
N ullum ultra uerbum, aut operam ſumebat inanem:
Quin ſine riuali teq; & tua ſolus amares.
V ir bonus, & prudens uerſus reprehendet inerteis:
C ulpabit duros: incomptis allinet atrum

T ranſuerſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
O rnamenta: parum claris lucem dare coget:
A rguet ambigue dictum: mutanda notabit:
F iet Ariſtarchus: nec dicet, cur ego amicum
O ffendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
I n mala deriſum ſemel, exceptum'q; ſiniſtre.
V t mala quem ſcabies, aut morbus regius urget,
A ut Phanaticus error, & iracunda Diana:
V eſanum tetigiſſe timent, fugiunt'q; poetam,
Q ui ſapiunt: agitant pueri: incautiq; ſequuntur.
H ic, dum ſublimes uerſus ructatur, & errat:
S i ueluti merulis intentus decidit auceps
I n puteum, foueam'ue: licet ſuccurrite longum
C lamet Io` ciues: non ſit, qui tollere curet.
S iquis curet opem ferre, & demittere funem:
Q ui ſcis, an prudens huc ſe deiecerit? atq;
S eruari nolit? dicam, ſiculi'q; poetæ
N arrabo interitum. deus immortalis haberi
D um cupit Empedocles: ardentem frigidus Aetnam
I nſiluit. ſit ius, liceat'q; perire poetis.
I nuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.
N ec ſemel hoc fecit: nec ſi retractus erit: iam
F iet homo: & ponet famoſæ mortis amorem.
N ec ſatis apparet, cur uerſus factitet: utrum
M inxerit in patrios cineres: an triſte bidental
M ouerit inceſtus: certe furit: ac uelut urſus
O biectos caueæ ualuit ſi frangere clathros:
I ndoctum, doctum'q; fugat recitator acerbus.
Q uem uero arripuit, tenet, occidit'q; legendo,
N on miſſura cutem niſi plena cruoris irudo.



# Q. HORATII FLACCI EPISTOLARUM LIBER PRIMUS.

## AD MECOENATEM.

P Rima dicte mihi, ſumma dicende camœna
Spectatum ſatis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo me includere ludo.
N on eadem eſt ætas, non mens. Veianius armis
H erculis ad poſtem fixis latet abditus agro:
N e populum extrema toties exoret arena.
E ſt mihi, purgatam crebro qui perſonet aurem:
S olue ſeneſcentem mature ſanus equum: ne
P eccet ad extremum ridendus: & ilia ducat.
N unc itaq; & uerſus, & cætera ludicra pono:
Q uid uerũ, atq; decens, curo: et rogo: et oĩs in hoc ſum
C ondo, & compono, quæ mox depromere poſſim.
A c ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
N ullius addictus iurare in uerba magiſtri,
Q uo me cunq; rapit tempeſtas deferor Hoſpes.
N unc agilis fio: & uerſor ciuilibus undis
V irtutis ueræ cuſtos, rigidus'q; ſatelles,
N unc in Ariſtippi furtim præcepta relabor:
E t mihi res, non me rebus ſubmittere conor.
V t nox longa, quibus mentitur amica: dies'q;,
L onga uidetur opus debentibus: ut piger annus
P upillis, quos dura premit cuſtodia matrum:

S ic mihi tarda fluunt, ingrata'q; tempora: quæ ſpem,
C onſilium'q; morantur agendi gnauiter id, quod
A eque pauperibus prodeſt: locupletibus æque:
A eque neglectum pueris, ſenibus'q; nocebit.
R eſtat ut his ego me ipſe regam, ſoler'q; elementis.
N on poſſis oculo quantum contendere Lynceu's:
N on tamen idcirco contemnas lippus inungi:
N ec quia deſperes inuicti membra Glyconis:
N odoſa corpus nolis prohibere chiragra.
E ſt quodam prodire tenus: ſi non datur ultra.
F eruet auaritia, miſera'q; cupidine pectus.
S unt uerba, & uoces, quibus hunc lenire dolorem
P oſſis: & magnam morbi deponere partem.
L audis amore tumes. ſunt certa piacula: quæ te
T er pure lecto poterunt recreare libello.
I nuidus, iracundus, iners, uinoſus, amator,
N emo adeo ferus eſt: ut non miteſcere poſſit:
S i modo culturæ patientem commodet aurem.
V irtus eſt uitium fugere: & ſapientia prima
S tultitia caruiſſe. uides, quæ maxima credis
E ſſe mala, exiguum cenſum, turpem'q; repulſam,
Q uanto deuites animi, capitis'q; labore.
I mpiger extremos curris mercator ad indos,
P er mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per igneis.
N e cures ea, quæ ſtulte miraris: & optas:
D iſcere, & audire, & meliori credere non uis.
Q uis circum pagos, & circum compita pugnax,
M agna coronari contemnat olympia, cui ſpes,
C ui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?
V ilius argentum eſt auro: uirtutibus aurum.



O' ciues ciues, quærenda pecunia primum eſt:
V irtus poſt nummos. hæc Ianus ſummus ab imo
P erdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, ſenes'q;
L euo ſuſpenſi loculos, tabulam'q; lacerto
S i quadringentis ſex ſeptem millia deſunt:
E ſt animus tibi: ſunt mores, & lingua, fides'q;:
P lebs eris. at pueri ludentes, rex eris, aiunt:
S i recte facies. hic murus aheneus eſto:
N il conſcire ſibi: nulla palleſcere culpa.
R oſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
N enia? quæ recte regnum facientibus offert,
E t maribus curijs, & decantata camillis?
I s'ne tibi melius ſuadet? qui rem facias: rem
S i poſſis recte: ſi non, quocunq; modo rem?
V t propius ſpectes lacrymoſa poemata Puppi?
A n qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
L iberum, & erectum præſens hortatur? & optat?
Q uod ſi me populus Romanus forte roget: cur
N on ut porticibus, ſic iudicijs fruar iſdem:
N ec ſequar, ac fugiam, quæ diligit ipſe, uel odit:
O lim quod uulpes ægroto cauta leoni
R eſpondit, referam: quia me ueſtigia terrent
O mnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.
B ellua multorum es capitum. nã quid ſequar? aut quẽ?
P ars hominum geſtit conducere publica: ſunt qui
F ruſtis, & pomis uiduas uenentur auaras:
E xcipiant'q; ſenes, quos in uiuaria mittant.
M ultis occulto creſcit res fœnore. uerum
E ſto alijs alios rebus, ſtudijs'q; teneri:
I dem eadem poſſunt horam durare probantes?

N ullus in orbe ſinus Baijs prælucet amœnis,
S i dixit diues: lacus, & mare ſentit amorem
F eſtinantis heri. cui ſi uitioſa libido
F ecerit auſpicium: cras ferramenta Theanum
T olletis fabri. lectus genialis in aula eſt:
N il ait eſſe prius, melius nil cœlibe uita.
S i non eſt: iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam uultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride: mutat cœnacula, lectos,
B alnea, tonſores: conducto nauigio æque
N auſeat, ac locuples: quem ducit priua triremis.
S i curatus inæquali tonſore capillos
O ccurri: rides: ſi forte ſubucula pexæ
T rita ſubeſt tunicæ: uel ſi toga diſſidet impar:
R ides. quid, mea cum pugnat ſententia ſecum?
Quod petijt, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit:
A eſtuat: & uitæ diſconuenit ordine toto:
D iruit: ædificat: mutat quadrata rotundis:
I nſanire putas ſolennia me: neq; rides:
N ec medici credis, nec curatoris egere
A` prætore dati: rerum tutela mearum
C um ſis: & praue ſectum ſtomacheris ob unguem
D e te pendentis, te reſpicientis amici.
A d ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue, diues,
L iber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum,
P ræcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

## AD LOLLIVM.

t Roiani belli ſcriptorem, maxime Lolli,
Dũ tu declamas Romæ: Præneſte relegi:



Qui quid ſit pulchrum, qd turpe, qd utile, quid non,
P lenius, ac melius Chryſippo, & Crantore dicit.
C ur ita crediderim, niſi quid te detinet, audi.
F abula, qua Paridis propter narratur amorem,
G ræcia barbariæ lento colliſa duello:
S tultorum regum, & populorum continet æſtus.
A ntenor cenſet belli præcidere cauſſam.
Quid Paris? ut ſaluus regnet: uiuatq; beatus:
C ogi poſſe negat. Neſtor componere liteis
I nter Peliden feſtinat, & inter Atriden.
H unc amor, ira quidem communiter urit utrunq;.
Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui.
S editione, dolis, ſcelere, atq; libidine, & ira,
I liacos intra muros peccatur, & extra.
R urſus quid uirtus, & quid ſapientia poſſit:
V tile propoſuit nobis exemplar Vlyſſem:
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus, urbeis,
E t mores hominum inſpexit: latumq; per æquor,
D um ſibi, dum ſocijs reditum parat: aſpera multa
P ertulit, aduerſis rerum immerſabilis undis.
S irenum uoces, & Circes pocula noſti:
Quæ ſi cum ſocijs ſtultus, cupidusq; bibiſſet:
S ub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors:
V ixiſſet canis immundus, uel amica luto, ſus.
N os numerus ſumus, & fruges conſumere nati,
S ponſi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;,
I n cute curanda plus æquo operata iuuentus:
C ui pulchrum fuit in medios dormire dies: &
A d ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
V t iugulent homines ſurgunt de nocte latrones:

Vigilant!

V t teipſum ſerues,non expergiſceris ? atqui
S i nolis ſanus,curres hydropicus.& ni
P oſces ante diem librum cum lumine : ſi non
I ntendes animum ſtudijs,& rebus honeſtis:
I nuidia,uel amore uigil torquebere. nam cur
Q uæ lædunt oculos feſtinas demere : ſi quod
E ſt animum,differs curandi tempus in annum?
D imidium facti,qui cœpit habet.ſapere,aude:
I ncipe. uiuendi qui recte prorogat horam:
R uſticus expectat dum defluat amnis : at ille
L abitur: & labetur in omne uolubilis æuum.
Q uæritur argentum,puerisq; beata creandis
V xor: & incultæ pacantur uomere ſyluæ.
Q uod ſatis eſt,cui contingit,nihil amplius optet.
N on domus,& fundus,non æris aceruus,& auri
A egroto domini deduxit corpore febres:
N on animo curas. ualeat poſſeſſor oportet:
S i comportatis rebus bene cogitat uti.
Q ui cupit,aut metuit,iuuat illum ſic domus, aut res:
V t lippum pictæ tabulæ,fomenta podagram,
A uriculas citharæ collecta ſorde dolentes.
S incerum eſt niſi uas: quodcunq; infundis, aceſcit.
S perne uoluptates . nocet empta dolore uoluptas.
S emper auarus eget.certum uoto pete finem.
I nuidus alterius macreſcit rebus opimis.
I nuidia Siculi non inuenere tyranni
M aius tormentum. qui non moderabitur iræ:
I nfectum uolet eſſe,dolor quod ſuaſerit,& mens:
D um pœnas odio per uim feſtinat inulto.
I ra furor breuis eſt.animum rege: qui niſi paret,

Imperat



I mperat: hunc frenis,hunc tu compeſce cathena.
F ingit equum tenera docilem ceruice magiſter:
I re uiam,quam monſtrat eques.uenaticus ex quo
T empore ceruinam pellem latrauit in aula,
M ilitat in ſyluis catulus.nunc adhibe puro
P ectore uerba puer: nunc te melioribus offer.
Q uo ſemel eſt imbuta recens,ſeruabit odorem
T eſta diu. quod ſi ceſſas : aut ſtrenuus anteis:
N ec tardum opperior: nec præcedentibus inſto.

## AD IVLIVM FLORVM.

Vli Flore,quibus terrarum militet oris
i Claudius Auguſti priuignus,ſcire laboro.
Thracáne uos,Hebrusq; niuali cõpede uictus,
A n freta uicinas inter currentia turreis,
A n pingues Aſiæ campi,collesq; morantur?
Q uid ſtudioſa cohors operum ſtruit? hæc quoq; curo.
Q uis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
B ella quis,& paces longum diffundit in æuum?
Q uid Tityus romana breui uenturus in ora:
P indarici fontis qui non expalluit hauſtus,
F aſtidire lacus,& riuos auſus apertos:
V t ualet ? ut meminit noſtri ? fidibusne latinis
T hebanos aptare modos ſtudet auſpice muſa?
A n tragica deſæuit,& ampullatur in arte?
Q uid mihi Celſus agit ? monitus,multumq; monendus
P riuatas ut quærat opes: & tangere uitet
S cripta,palatinus quæcunq; recepit Apollo.
N e,ſi forte ſuas repetitum uenerit olim

G rex auium plumas: moueat cornicula riſum
F urtiuis nudata coloribus· ipſe quid audes?
Q uæ circumuolitas agilis thyma? non tibi paruum
I ngenium, non incultum eſt, nec turpiter hirtum.
S eu linguam cauſſis acuis: ſeu ciuica iura
R eſpondere paras: ſeu condis amabile carmen:
P rima feres ederæ uictricis præmia· quod ſi
F rigida curarum fomenta relinquere poſſes:
Q uo te cœleſtis ſapientia duceret, ires.
H oc opus, hoc ſtudium parui properemus, & ampli:
S i patriæ uolumus, ſi nobis uiuere cari.
D ebes hoc etiam reſcribere: ſi tibi curæ,
Q uantæ conueniat, Numatius: an male ſarta
G ratia nequicquam coit? & reſcinditur? at uos
S eu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia uexat,
I ndomita ceruice feros: ubicunq; locorum
V iuitis, indigni fraternum rumpere fœdus:
P aſcitur in ueſtrum reditum uotiua iuuenca.

## AD ALBIVM TIBVLLVM.

a Lbi noſtrorum ſermonum candide iudex,
Q uid nunc te dicam facere in regiõe pedana?
S cribere quod Caſſi parmenſis opuſcula uincat?
A n tacitum ſyluas inter reptare ſalubreis,
C urantem quidquid dignum ſapiente, bonóq; eſt?
N on tu corpus eras ſine pectore· di tibi formam,
D i tibi diuitias dederant, artem'q; fruendi.
Q uid uoueat dulci nutricula maius alumno?
Q uam ſapere, & fari poſſit, quæ ſentiat: & cui



G ratia, fama, ualetudo contingat abunde,
E t mundus uictus non deficiente crumena?
I nter ſpem, curam'q;, timores inter, & iras
O mnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
G rata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.
M e pinguem, & nitidum bene curata cute uiſes:
C um ridere uoles Epicuri de grege porcum.

## AD TORQVATVM.

ſ I potes Archiacis conuiua recumbere lectis:
Nec modica cœnare times olus omne patella:
Supremo te ſole domi Torquate manebo.
V ina bibes iterum Tauro diffuſa, paluſtreis
I nter Minturnas, Sinueſanum'q; Petrinum.
S in melius quid habes, acceſe: uel imperium fer.
I andudum ſplendet focus, & tibi munda ſuppellex.
M itte leueis ſpes, & certamina diuitiarum,
E t Moſchi cauſſam· cras nato Cæſare feſtus
D at ueniam, ſomnum'q; dies· impune licebit
A eſtiuam ſermone benigno tendere noctem.
Q uo mihi Fortuna? ſi non conceditur uti.
P arcus ob hæredis curam, nimium'q; ſeuerus
A ſſidet inſano, potare, & ſpargere flores,
I ncipiam: patiar'q;, uel inconſultus haberi.
Q uid non ebrietas deſignat? operta recludit:
S pes iubet eſſe ratas: in prælia trudit inermem:
S ollicitis animis onus eximit: addocet arteis.
F œcundi calices, quem non fecere diſertum?
C ontracta quem non in paupertate ſolutum?

Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non
Inuitus: ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nareis: ne non & cantharus, & lanx
Oſtendat tibi te: ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet. ut coeat par,
Iungaturq́; pari: Brutum tibi, Septiciumq́;,
Et niſi cœna prior, potiorq́; puella Sabinum
Detinet: aſſumam. locus eſt & pluribus umbris:
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.
Tu quotus eſſe uelis, reſcribe: & rebus omiſſis
Atria ſeruantem poſtico falle clientem.

## AD NVMICIVM.

Il admirari, propè res eſt una Numici,
n Solaq́;: quæ poſſit facere, & ſeruare beatũ.
Hunc ſolem, & ſtellas, & decedentia certis
Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos?
Ludicra quid, plauſus, & amici dona Quiritis?
Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis, & ore?
Qui timet, his aduerſa ferè miratur eodem,
Quo cupiens, pacto. pauor eſt utriq; moleſtus:
Improuiſa ſimul ſpecies exterret utrunq;.
Gaudeat, an doleat, cupiat, metuat'ue, quid ad rem?
Si quidquid uidit melius, peius'ue ſua ſpe:
Defixis oculis, animoq́;, & corpore torpet.
Inſani ſapiens nomen ferat: æquus iniqui:
Vltra, quam ſatis eſt, uirtutem ſi petat ipſam.



I nunc argentum, & marmor uetus, æraq́;, & arteis
Suſpice: cum gemmis tyrios mirare colores:
Gaude quod ſpectant oculi te mille loquentem:
Nauus mane forum, & ueſpertinus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus, indignum quod ſit peioribus ortus,
Hic tibi ſit potius, quàm tu mirabilis illi.
Quidquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas:
Defodiet, condetq́; nitentia. cum bene notum
Porticus Agrippæ, & uia te conſpexerit Appi:
Ire tamen reſtat, Numa quo deuênit, & Ancus.
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto:
Quære fugam morbi. uis recte uiuere? quis non?
Si uirtus hæc una poteſt dare: fortis omiſſis
Hoc age delitijs. uirtutem uerba putas, ut
Lucum ligna. caue ne portus occupet alter:
Ne Cybiraticá, ne Bythina negocia perdas.
Mille talenta rotundentur: totidem altera porro:
Tertia ſuccedant: & quæ pars quadret aceruum.
Scilicet uxorem cum dote, fidemq́;, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum decorat ſuadela, Venusq́;.
Mancipijs locuples, eget æris Cappadocum rex.
Ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, ut aiunt,
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſum tot? ait: tamen & quærã: et quod habebo
Mittam. poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem, uel tolleret omneis.
Exilis domus eſt: ubi non & multa ſuperſunt.
Et dominum fallunt: & proſunt furibus. ergo

S i res ſola poteſt facere, & ſeruare beatum:
H oc primus repetas opus: hoc poſtremus omittas.
S i fortunatum ſpecies, & gratia præſtat:
M ercemur ſeruum, qui dictet nomina: ſæuum
Q ui fodiat latus: & cogat trans pondera dextram
P orrigere. hic multum in Fabia ualet: ille velina:
C uilibet hic faſceis dabit: eripietq; curule
C ui uolet importunus ebur. frater, pater, adde,
V t cuiq; eſt ætas, ita quenq; facetus adopta.
S i bene qui cœnat, bene uiuit: lucet: eamus,
Q uo ducit gula: piſcemur: uenemur: ut olim
G argilius, qui mane plagas, uenabula, ſeruos,
D iffertum tranſire forum, populumq́; iubebat:
V nus ut è multis populo ſpectante referret
E mptum mulus aprum. crudi, tumidiq́; lauemur
Q uid deceat, quid non obliti, cerite cera
D igni, remigium uitioſum ithacenſis Vlyßei:
C ui potior patria fuit interdicta uoluptas.
S i, Mimermnus uti cenſet, ſine amore, iociſq́;
N il eſt iucundum: uiuas in amore, iociſq́;.
V iue: uale. ſiquid nouiſti rectius iſtis:
C andidus imperti, ſi non, his utere mecum.

## AD MECOENATEM.

q Vinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax deſyderor. atqui
Si me uiuere uis ſanum, recteq́; ualentem:
Q uam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti
M ecœnas ueniam: dum ficus prima, caloŕq;



D eſignatorem decorat lictoribus atris:
D um pueris omnis pater, & matercula pallet:
O fficioſaq́; ſedulitas, & opella forenſis
A dducit febreis: & teſtamenta reſignat.
Q uod ſi bruma niueis albanis illinet agris:
A d mare deſcendet uates tuus: & ſibi parcet:
C ontractusq́; leget. te dulcis amice reuiſet
C um Zephyris, ſi concedes, & hirundine prima.
N on quo more pyris ueſci calaber iubet hoſpes:
T u me feciſti locupletem. ueſcere ſodes.
I am ſatis eſt. at tu quantumuis tolle benigne:
N on inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
T am teneor dono: quam ſi dimittar onuſtus.
V t libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
P rodigus, & ſtultus donat quæ ſpernit, & odit.
H æc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.
V ir bonus, & ſapiens dignis ait eſſe paratum:
N ec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.
D ignum præſtabo me etiam pro laude merentis,
Q uod ſi me nolles uſquam diſcedere: reddes
F orte latus, nigros anguſta fronte capillos:
R eddes dulce loqui: reddes ridere decorum, &
I nter uina fugam Cynaræ mœrere proteruæ.
F orte per anguſtam tenuis uulpecula rimam
R epſerat in cumeram frumenti: paſtaq́; rurſus
I re foras pleno tendebat corpore fruſtra.
C ui muſtella procul, ſi uis ait effugere iſtinc:
M acra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti.
H ac ego ſi compellar imagine: cuncta reſigno.
N ec ſomnum plebis laudo ſatur altilium: nec

O tia diuitijs Arabum liberrima muto.
S æpe uerecundum laudaſti: rexq́;, paterq́;,
A udiſti coràm: nec uerbo parcius abſens.
I nſpice, ſi poſſum donata reponere lætus.
H aud male Telemachus proles patientis Vlyſſei,
N on eſt aptus equis ithacæ locus: ut neq; planis
P orrectus ſpatijs: nec multæ prodigus herbæ.
A tride magis apta tibi tua dona relinquam.
P aruum parua decent. mihi iam non regia Roma,
S ed uacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentum.
S trenuus, & fortis, cauſſiſq́; Philippus agendis
C larus, ab officijs octauam circiter horam
D um redit: atq; foro nimium diſtare carinas
I am grandis natu queritur: conſpexit, ut aiunt,
A d raſum quendam uacua tonſoris in umbra,
C ultello proprios purgantem leniter ungueis.
D emetri (puer hic non leue iuſſa Philippi
A ccipiebat) abi: quære, & refer, unde domo, quis,
C uius fortunæ, quo ſit patre, quóue patrono.
I t: redit: & narrat Vulteium nomine Menam,
P ræconem tenui cenſu, ſine crimine notum,
E t properare loco, & ceſſare, & quærere, & uti,
G audentem paruiſq́; ſodalibus, & lare certo,
E t ludis, & poſt deciſa negocia, campo.
S citari libet ex ipſo, quodcunq; refers. dic
A d cœnam ueniat. non ſane credere Mena:
M irari ſecum tacitus. quid multa? benigne
R eſponde: negat. ille mihi negat improbus, & te
N egligit: aut horret. Vulteium mane Philippus
V ilia uendentem tunicato ſcruta popello,



O ccupat: & ſaluere iubet prior. ille Philippo
E xcuſare laborem, & mercenaria uincla:
Q uod non mane domum ueniſſet: deniq;, quod non
P rouidiſſet eum. ſic ignouiſſe putato
M e tibi: ſi cœnas hodie mecum. ut libet. ergo
P oſt nonam uenies. nunc i: rem ſtrenuus auge.
V t uentum ad cœnam eſt: dicenda, tacenda locutus,
T andem dormitum dimittitur. hic ubi ſæpe
O ccultum uiſus decurrere piſcis ad hamum,
M ane cliens, etiam certus conuiua: iubetur
R ura ſuburbana indictis comes ire Latinis.
I mpoſitus mannis, aruum, cœlumq́; ſabinum
N on ceſſat laudare. uidet, ridetq́; Philippus:
E t ſibi dum requiem, dum riſus undiq; quærit:
D um ſeptem donat ſextertia: mutua ſeptem
P romittit: perſuadet uti mercetur agellum.
M ercatur. ne te longis ambagibus ultra,
Q uam ſatis eſt, morer: ex nitido fit ruſticus: atq;
S ulcos, & uineta crepat mera: præparat ulmos:
I mmoritur ſtudijs: & amore ſeneſcit habendi.
V erum ubi oues furto, morbo periere capellæ:
S pem mentita ſeges: bos eſt enectus arando:
O ffenſus damnis, media de nocte caballum
A rripit: iratuſq́; Philippi tendit ad ædeis.
Q uem ſimul aſpexit ſcabrum, intonſumq́; Philippus:
D urus ait Vultei nimis, attentuſq́; uideris
E ſſe mihi. pol me miſerum patrone uocares:
S i uelles, inquit, uerum mihi dicere nomen.
Q uod te per genium, dextramq́;, deoſq́; penateis
O bſecro: & obteſtor: uitæ me redde priori.

Q ui ſimul aſpexit, quantum dimiſſa petitis
P ræſtent: mature redeat: repetatq; relicta.
M etiri ſe quenq; ſuo modulo, ac pede, uerum eſt.

## AD CELSVM ALBINOVANVM.

c Elſo gaudere, et bene rem gerere Albinouano
Muſa rogata refer comiti, ſcribæq; Neronis.
S i quæret quid agã: dic multa, et pulchra minantẽ,
V iuere, nec recte, nec ſuauiter: haud quia grando
C ontuderit uiteis: oleamq; momorderit æſtus:
N ec quia longinquis armentum ægrotet in aruis.
S ed quia mente minus ualidus, quam corpore toto,
N il audire uelim: nil diſcere: quod leuet ægrum:
F idis offendar medicis: iraſcar amicis:
C ur me funeſto properent arcere ueterno:
Q uæ nocuere ſequar: fugiam quæ profore credam:
R omæ Tybur amem uentoſus: Tybure Romam.
P oſt hæc ut ualeat: quo pacto rem gerat, & ſe:
V t placeat iuueni percontare, atq; cohorti.
S i dicet recte. primum gaudere, ſubinde
P ræceptum auriculis hoc inſtillare memento:
V t tu fortunam, ſic nos te Celſe feremus.

## AD CLAVDIVM NERONEM.

ſ Eptimius Claudi nimirum intelligit unus,
Q uãti me facias. nã cum rogat: et prece cogit:
Scilicet ut tibi ſe laudare, & tradere coner,
D ignum mente, domoq; legentis honeſta Neronis:
M unere cum fungi propioris cenſet amici:



Q uid poſſim uidet: ac nouit me ualdius ipſo.
M ulta quidem dixi, cur excuſatus abirem:
S ed timui, mea ne finxiſſe minora putarer,
D iſſimulator opis propriæ: mihi commodus uni.
S ic ego maioris fugiens obprobria culpæ,
F rontis ad urbanæ deſcendi præmia: quod ſi
D epoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem:
S cribe tui gregis hunc: & fortem crede, bonumq;.

## AD FVSCVM ARISTIVM.

u Rbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores, hac in re ſcilicet una
M ultum diſſimiles, ad cætera penè gemelli.
F raternis animis quidquid negat alter, & alter:
A nnuimus pariter uetuli, notiq; columbi.
T u nidum ſeruas: ego laudo ruris amœni
R iuos, & muſco circumlita ſaxa, nemuſq;.
Q uid quæris? uiuo: & regno: ſimul iſta reliqui:
Q uæ uos ad cœlum effertis rumore ſecundo.
V tq; ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo:
P ane egeo, iam mellitis potiore placentis.
V iuere naturæ ſi conuenienter oportet:
P onendæq; domo quærenda eſt area primum:
N ouiſti'ne locum potiorem rure beato?
E ſt ubi plus tepeant hyemes? ubi gratior aura
L eniat & rabiem canis, & momenta leonis?
C um ſemel accepit ſolem furibundus acutum.
E ſt ubi diuellat ſomnos minus inuida cura?
D eterius libycis olet, aut nitet herba lapillis?
P urior in uicas aqua tendit rumpere plumbum?

Q uam, quæ p̱ pronum trepidat cum murmure riuum?
N empe inter uarias nutritur ſylua columnas:
L audaturq́; domus, longos quæ proſpicit agros.
N aturam expellas furca: tamen uſq; recurret:
E t mala perrumpet furtim faſtidia uictrix.
N on qui ſidonio contendere callidus oſtro
N eſcit aquinatem potentia uellera fucum:
C ertius accipiet damnum, propius'ue medullis:
Q uàm qui non poterit uero diſtinguere falſum.
Q uem res plus nimio delectauere ſecundæ:
M utatæ quatient. ſiquid mirabere, pones
I nuitus. fuge magna: licet ſub paupere tecto
R eges, & regum uita præcurrere amicos.
C eruus equum pugna melior communibus herbis
P ellebat: donec minor in certamine longo
I mplorauit opes hominis: frenumq́; recepit.
S ed poſtquam uictor uiolens diſceſſit ab hoſte:
N on equitem dorſo, non frenum depulit ore.
S ic qui pauperiem ueritus, potiore metallis
L ibertate caret: dominum uehet improbus: atq;
S eruiet æternum: quia paruo neſciet uti:
C ui non conueniet ſua res: ut calceus olim,
S i pede maior erit, ſubuertet, ſi minor, uret.
L ætus ſorte tua uiues ſapienter Ariſti.
N ec me dimittes incaſtigatum: ubi plura
C ogere, quam ſatis eſt: ac non ceſſare uidebor.
I mperat, aut ſeruit collecta pecunia cuiq;,
T ortum digna ſequi potius, quam ducere funem.
H æc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ,
E xcepto quod non ſimul eſſes, cætera lætus.



## AD BVLLATIVM.

Vid tibi uiſa Chios Bullati, notaq́; Leſbos?
q Quid concinna Samos? qd Crœſi regia Sardis?
Smyrna, qd, et colophō? maiora, mĩora'ne fama?
C uncta'ne præ campo, & Tyberino flumine ſordent?
A n uenit in uotum attalicis ex urbibus una?
A n Lebedum laudas odio maris, atq; uiarum?
S cis Lebedus quàm ſit Gabijs deſertior, atq;
F idenis uicus: tamen illic uiuere uellem,
O blitusq́; meorum, obliuiſcendus & illis:
N eptunum procul è terra ſpectare furentem.
S ed neq;, qui Capua Romam petit imbre, lutoq́;
A ſperſus, uolet in caupona uiuere: nec qui
F rigus collegit, furnos & balnea laudat,
V t fortunatam plene præſtantia uitam.
N ec ſi te ualidus iactauerit auſter in alto:
I circo nauem trans Aegeum mare uendas.
I ncolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit: quod
P enula ſolſtitio, Campeſtre niualibus auris,
P er brumam Tyberis, ſextili menſe Caminus.
D um licet: & uultum ſeruat fortuna benignum:
R omæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
T u quacunq; deus tibi fortunauerit horam
G rata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
V t quocunq; loco fueris, uixiſſe libenter
T e dicas. nam ſi ratio, & prudentia curas,
N on locus effuſi late maris arbiter aufert:
C œlum, non animum mutant, q̄ trans mare currunt.
S trenua nos exercet inertia: nauibus, atq;

Q uadrigis petimus bene uiuere. quod petis, hic eſt:
E ſt Vlubris: animus ſi te non deficit æquus.

## AD ICCIVM.

f Ructibus Agrippæ ſiculis, quos colligis, Icci
Si recte frueris: non eſt ut copia maior
Ab Ioue donari poſſit tibi. tolle querelas.
P auper enim non eſt: cui rerum ſuppetit uſus.
S i uentri bene, ſi lateri eſt, pedibus'q; tuis: nil
D iuitiæ poterunt regales addere maius.
S i forte in medio poſitorum abſtemius herbis
V iuis, & urtica: ſic uiues, protinus ut te
C onfeſtim liquidus fortunæ riuus inauret.
V el quia naturam mutare pecunia neſcit:
V el quia cuncta putas una uirtute minora.
M iramur ſi Democriti pecus edit agellos,
C ulta'q;: dum peregre eſt animus ſine corpore uelox:
C um tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri,
N il paruum ſapias: & adhuc ſublimia cures:
Q uæ mare compeſcant cauſſæ: quid temperet annū:
S tellæ ſponte ſua iuſsæ'ne uagentur, & errent:
Q uid premat obſcurum Lunæ, quid proferat orbem:
Q uid uelit, & poſſit rerum concordia diſcors:
E mpedocles, an Stertinij deliret acumen.
V erum ſeu piſces, ſeu porrum, & cepe trucidas:
V tere Pompeio Groſpho: & ſiquid petet, ultro
D efer: nil Groſphus niſi uerum orabit, & æquum.
V ilis amicorum eſt annona bonis, ubi quid deeſt.
N e tamen ignores quo ſit Romana loco res:
C antaber Agrippæ, Claudi uirtute Neronis



A rmenius cecidit. ius, imperium'q; Phraates
C æſaris accepit genibus minor. aurea fruges
I taliæ pleno diffudit copia cornu.

## AD VINNIVM ASELLAM.

T proficiſcentem docui te ſæpe, diu'q;:
u Auguſto reddes ſignata uolumina Vinni:
Si ualidus, ſi lætus erit: ſi deniq; poſcet:
N e ſtudio noſtri pecces: odium'q; libellis
S edulus importes, opera uehemente miniſter.
S i te forte meæ grauis uret ſarcina chartæ:
A bijcito potius: quàm quo perferre iuberis
C litellas ferus impingas: Aſinæ'q; paternum
C ognomen, uertas in riſum: & fabula fias.
V iribus uteris per cliuos, flumina, lamas.
V ictor propoſiti ſimulac perueneris illuc:
S ic poſitum ſeruabis onus: ne forte ſub ala
F aſciculum portes librorum: ut ruſticus agnum:
V t uinoſa globos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
V t cum pilleolo ſoleas conuiua tribulis.
N e uulgo narres te ſudauiſſe ferendo
C armina: quæ poſſint oculos, aureis'q; morari
C æſaris. oratus multa prece nitere porrò.
V ade, uale, caue ne titubes: mandata'q; frangas.

## AD VILLICVM SVVM.

u Illice ſyluarum, et mihi me reddentis agelli,
Q uem tu faſtidis habitatum quinq; focis, &
Q uinq; bonos ſolitum Bariam dimittere patres:
C ertemus, ſpinas animo'ne ego fortius, an tu

Euellas agro: & melior ſit Horatius, an res.
Me quamuis Lamiæ pietas, & cura moratur
Fratrem mœrentis, rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: tamen iſtuc mens, animuſq́;
Fert: & amat ſpatiјs obſtantia rumpere clauſtra.
Rure ego uiuentem, tu dicis in urbe beatum.
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio, ſors.
Stultus uterq; locum immeritum cauſatur inique.
In culpa eſt animus: qui ſe non effugit unquam.
Tu mediaſtynus tacita prece rura petebas:
Nunc urbem, & ludos, & balnea uillicus optas.
Me conſtare mihi ſcis: & diſcedere triſtem:
Quandocunq; trahunt inuiſa negocia Romam.
Non eadem miramur: eò diſconuenit inter,
Meq́;, & te. nam quæ deſerta, & inhoſpita, teſqua
Credis: amœna uocat, mecum qui ſentit: & odit,
Quæ tu pulchra uocas. fornix tibi, & uncta popina
Incutiunt urbis deſyderium uideo: & quod
Angulus iſte feret piper, & thus ocyus uua:
Nec uicina ſubeſt, uinum præbere taberna
Quæ poſſit tibi: nec meretrix tibicina, cuius
Ad ſtrepitum ſalias terræ grauis. & tamen urges
Iampridem non tacta ligonibus arua: bouemq́;
Diſiunctum curas: & ſtrictis frondibus exples.
Addit opus pigro riuus, ſi decidit imber:
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age quid noſtrum concentum diuidat, audi.
Quem tenues decuere togæ, nitidiq́; capilli:
Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci:
Quem bibulum liquidi media de luce falerni:

Cœna



Cœna breuis iuuat, et propè riuum ſomnus i herba.
Nec luſiſſe pudet: ſed non incidere ludum.
Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat: non odio obſcuro, morſuq́; uenenat.
Rident uicini glebas, & ſaxa mouentem.
Cum ſeruis urbana diaria rodere mauis.
Horum tu in numerum uoto ruis. inuidet uſum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti.
Optat Ephippia bos piger: optat arare caballus.
Quam ſcit uterq;, libens cenſebo exerceat artem.

## AD VALLAM.

q Væ ſit hyems Veliæ, quod cœlum Valla Salerni
Quorũ hoium regio, et qualis uia: nã mihi Baias
Muſa ſuperuacuas Antonius, & tamen illis
Me facit inuiſum: gelida cum perluor unda
Per medium frigus. ſanè myrteta relinqui,
Dictaq́; ceſſantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, uicus gemit, inuidus ægris
Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis: Gabioſq́; petunt, & frigida rura.
Mutandus locus eſt: & diuerſoria nota
Præter agendus equus. quo tendis? non mihi Cumas
Eſt iter, aut Baias, leua ſtomachoſus habena
Dicet eques. ſed equi frenato eſt auris in ore.
Maior utrum populum frumenti copia paſcat:
Collectoſne bibant imbres, puteoſne perennes
Iugis aquæ: nam uina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quid uis perferre, patiq́;.

o

Ad mare cum ueni: generoſum, & lene requiro:
Quod curas abigat: quod cum ſpe diuite manet
In uenas, animumq́; meum: quod uerba miniſtret:
Quod me lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus uter plureis lepores, uter educet apros:
Vtra magis piſces, & echinos æquora cælent:
Pinguis ut inde domum poſſim, Phæaxq́; reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.
Menius, ut rebus, maternis, atq; paternis
Fortiter abſumptis, urbanus cœpit haberi
Scurra uagus, non qui certum præſepe teneret:
Impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quælibet in quemuis obprobria fingere ſæuus,
Pernicies, & tempeſtas, barathrumq́; macelli,
Quidquid quæſierat, uentri donabat auaro.
Hic ubi nequitiæ fautoribus, & timidis nil,
Aut paulum abſtulerat: patinas cœnabat omaſi
Vilis & agnini, tribus urſis quod ſatis eſſet.
Scilicet ut uentres lamna candente nepotum
Diceret urendos correctus. menius idem
Quidquid erat nactus prædæ maioris, ubi omne
Verterat in fumum, & cinerem: non hercule miror
Aiebat, ſiqui comedunt bene: cum ſit obeſo
Nil melius turdo: nil uulua pulchrius ampla.
Nimirum hic ego ſum: nam tuta, & paruula laudo:
Cum res deficiunt ſatis inter uilia fortis.
Verum ubi quid melius contingit, & unctius: idem
Vos ſapere, & ſolos aio bene uiuere: quorum
Conſpiciatur nitidis fundata pecunia uillis.



AD QVINTIVM.

E percõteris fundus meus optime Quinti,
n Aruo paſcat herum: an bacis opulentet oliuæ:
Pomis ne, & pratis: an amicta uitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, & ſitus agri.
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle: ſed ut ueniens dextrum latus aſpiciat Sol:
Leuum diſcedens curru fugiente uaporet.
Temperiem laudes. quid? ſi rubicunda benigne
Corna uepres, & pruna ferant? & quercus, & ilex,
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet umbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum?
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior. thracam, nec purior ambiat Ebrus:
Infirmo capiti fluit utilis, utilis aluo.
Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis) amœnæ
Incolumem tibi me præſtant ſeptembribus horis.
Tu recte uiuis, ſi curas eſſe, quod audis.
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum.
Sed uereor ne cui de te plus, quàm tibi credas:
Néue putes alium ſapiente, bonoq́; beatum,
Neu ſi te populus ſanum, rectéq; ualentem
Dictitet: occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules: donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera cælat.
Siquis bella tibi terra pugnata, mariq;
Dicat: & his uerbis uacuas permulceat aures:
Téne magis ſaluum populus uelit, an populum tu:
Seruet in ambiguo qui conſuluit, & tibi, & urbi,

Iuppiter: Auguſti laudes agnoſcere poſſis?
Cum pateris ſapiens, emendatusq́; uocari:
Reſpondes'ne tuo dic ſodes nomine? nempe
Vir bonus, & prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, ſi uolet, auferet: ut ſi
Detulerit faſces indigno: detrahet idem.
Pone: meum eſt, inquit: pono: triſtisq́; recedo.
Idem ſi clamet furem: neget eſſe pudicum:
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum:
Mordear obprobrijs falſis? mutemq́; colores?
Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret,
Quem, niſi mendoſum, et mendacem? uir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, iuraq́; ſeruat:
Quo multæ, magnæq́; ſecantur iudice lites:
Quo reſponſore, & quo cauſſæ teſte tenentur.
Sed uidet hunc omnis domus, & uicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Seruus: habes pretium: loris non ureris, aio.
Non hominem occidi. non paſces in cruce coruos.
Sum bonus, & frugi. renuit, negat atq; Sabellus.
Cautus enim metuit foueam lupus: accipiterq́;
Suſpectos laqueos: & opertum miluius hamum.
Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ.
Sit ſpes fallendi: miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabæ modijs, cum ſurripis unum:
Damnum eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto.
Vir bonus, omne forum, quē ſpectat, & oē tribunal:
Quandocunq; deos uel porco, uel boue placat:



Iane pater clare, clare cum dixit Apollo:
Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere: da iuſtum, ſanctumq́; uideri:
Noctem peccatis, et fraudibus obijce nubem.
Quo melior ſeruo, quo liberior ſit auarus:
In triuijs fixum cum ſe demittit ob aſſem:
Non uideo. nam qui cupiet, metuet quoq; porro:
Qui metuens uiuit, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma: locum uirtutis deſeruit: qui
Semper in augenda feſtinat, & obruitur re.
Vendere cum poſſis, captiuum occidere noli.
Seruiet utiliter. ſine paſcat durus: aretq́;:
Nauiget: ac medijs hyemet mercator in undis:
Annonæ proſit: portet frumenta, penusq́;.
Vir bonus, & ſapiens audebit dicere, Pentheu'
Rector thebarum, quid me perferre, patiq́;
Indignum coges? adimam bona. nempe pecus, rem
Lectos, argentum, tollas licet. in manicis, &
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe deus, ſimulatque uolam, me ſoluet opinor.
Hoc ſentit, moriar. mors ultima linea rerum eſt.

## AD SAEVAM.

Vamuis Sæua ſatis per te tibi conſulis: et ſcis,
q Quo tandem pacto deceat maioribus uti:
Diſce docendus adhuc, quæ cēſet amiculus: ut ſi
Cæcus iter monſtrare uelit: tamen aſpice, ſiquid,
Et nos, quod cures proprium feciſſe, loquamur.
Si te grata quies, & primam ſomnus in horam
Delectat: ſi te puluis, ſtrepitusq́; rotarum,

Si lædit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neq; diuitibus contingunt gaudia ſolis:
Nec uixit male, qui natus, moriensq; feſellit.
Si prodeſſe tuis, pauloq; benignius ipſum
Te tractare uoles: accedes ſiccus ad unctum.
Si pranderet olus patienter: regibus uti
Nollet Ariſtippus, ſi ſciret regibus uti:
Faſtidiret olus, qui me notat. utrius horum
Verba probes & facta, doce: uel iunior, audi,
Cur ſit Ariſtippi potior ſententia. nanque
Mordacem Cynicum ſic eludebat, (ut aiunt)
Scurror ego ipſe mihi: populo tu, rectius hoc, &
Splendidius multo eſt. equus ut me portet: alat rex:
Officium facio. tu poſcis uilia: uerum es
Dante minor: quamuis fers te nullius egentem.
Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res:
Tentantem maiora, ferè præſentibus æquum.
Contra, quem duplici panno patientia uelat:
Mirabor uitæ uia ſi conuerſa decebit.
Alter purpureum non expectabit amictum:
Quidlibet indutus celeberrima per loca uadet:
Perſonamq; feret non inconcinnus utranq;.
Alter Mileti textam cane peius & angui
Vitabit chlamydem: morietur frigore, ſi non
Rettuleris pannum. refer: & ſine uiuat ineptus.
Res gerere: & captos oſtendere ciuibus hoſtes:
Attingit ſolium Iouis: & cœleſtia tentat.
Principibus placuiſſe uiris, non ultima laus eſt.
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet: eſto.



Quid? qui peruenit, fecit'ne uiriliter? atqui
Hic eſt, aut nuſquam, qđ quærimus. hic onus horret,
Vt paruis animis, & paruo corpore maius:
Hic ſubit: & perfert. aut uirtus nomen inane eſt:
Aut decus, & pretium recte petit experiens uir.
Coràm Rege ſuo de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent. diſtat, ſumas'ne pudenter:
An rapias. atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater,
Et fundus nec uendibilis, nec paſcere firmus,
Qui dicit: clamat uictum date. ſuccinit alter:
Et mihi diuiduo findetur munere quadra.
Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus: haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæq;.
Brundusium comes, aut Surrentum ductus amœnum,
Qui queritur ſalebras, & acerbum frigus, et imbres:
Aut ciſtam effractam, & ſubducta uiatica plorat:
Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam,
Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis: uti mox
Nulla fides damnis, uerisq; doloribus adſit.
Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat
Fracto crure planum: licet illi plurima manet
Lacryma: per ſanctum iuratus dicat Oſirim:
Credite: non ludo: crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum uicinia rauca reclamat.

## AD LOLLIVM.

I bene te noui, metues liberrime Lolli
Scurrãtis ſpeciẽ præbere, profeſſus amicum.
Vt matrona meretrici, diſpar erit, atq;

D iſcolor infido ſcurræ diſtabit amicus.
E ſt huic diuerſum uitio uitium prope maius
A ſperitas agreſtis, & inconcinna, grauiſq́;
Q uæ ſe commendat tonſa cute dentibus atris:
D um uult libertas mera dici, ueraq́; uirtus.
V irtus eſt medium uitiorum, & utrinq; reductum.
A lter in obſequium plus æquo pronus, & imi
D eriſor lecti, ſic nutum diuitis horret:
S ic iterat uoces: & uerba cadentia tollit:
V t puerum ſæuo credas dictata magiſtro
R eddere: uel partes mimum tractare ſecundas.
A lter rixatur de lana ſæpe caprina:
P ropugnat nugis armatus: ſcilicet ut non
S it mihi prima fides: & uere quod placet, ut non
A criter elatrem: pretium ætas altera ſordet.
A mbigitur quid enim? Caſtor ſciat, an Docilis plus:
B runduſium Numici melius uia ducat, an Appi.
Q uem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat:
G loria quem ſupra uires, & ueſtit, & ungit:
Q uem tenet argenti ſitis importuna, fameſq́;:
Q uem paupertatis pudor, & fuga: diues amicus
S æpe decem uitijs inſtructior, odit, & horret.
A ut ſi non odit, regit: ac ueluti pia mater
P lus quam ſe ſapere, & uirtutibus eſſe priorem
V ult: & ait prope uera. meæ, contendere noli:
S tultitiam patiuntur opes. tibi paruula res eſt.
A rcta decet ſanum comitem toga. deſine mecum
C ertare. Eutrapelus cuicunq; nocere uolebat:
V eſtimenta dabat pretioſa. beatus enim iam
C um pulchris tunicis ſumet noua conſilia, & ſpes:



D ormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
O fficium: nummos alienos paſcet: ad imum
T hrax erit: aut olitoris aget mercede caballum.
A rcanum neq; tu ſcrutaberis ullius unquam:
C ommiſſumq́; teges, & uino tortus, & ira.
N ec tua laudabis ſtudia: aut aliena reprendes:
N ec cum uenari uolet ille: poemata panges.
G ratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atq;
Z ethi diſſiluit: donec ſuſpecta ſeuero
C onticuit lyra. fraternis ceſſiſſe putatur
M oribus Amphión. tu cede potentis amici
L enibus imperijs: quotieſq́; educet in agros
A etolis onerata plagis iumenta, caneſq́;:
S urge: & inhumanæ ſenium depone camœnæ:
C œnes ut pariter pulmenta laboribus empta.
R omanis ſolenne uiris opus, utile famæ,
V itæq́;, & membris: præſertim cum ualeas: &
V el curſu ſuperare canem, uel uiribus aprum
P oſſis. adde, uirilia quod ſpecioſius arma
N on eſt qui tractet. ſcis quo clamore coronæ
P rælia ſuſtineas campeſtria, deniq; ſæuam
M ilitiam puer, & cantabrica bella tuliſti
S ub duce: qui templis parthorum ſigna refixit:
E t nunc, ſi quid abeſt Italis adiudicat armis.
A c ne te retrahas: & inexcuſabilis abſis:
Q uamuis nil extra numerum feciſſe, modumq́;
C uras: interdum nugaris rure paterno.
P artitur lintres exercitus: actia pugna
T e duce per pueros hoſtili more refertur.
A duerſarius eſt frater, lacus, adria: donec

A lterutrum uelox uictoria fronde coronet.
C onſentire ſuis ſtudijs qui crediderit te:
F autor utroq; tuum laudabit pollice ludum.
P rotinus ut moneam, ſi quid monitoris eges tu:
Q uid de quoq; uiro, & cui dicas ſæpe uideto.
P ercontatorem fugito: nam garrulus idem eſt:
N ec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.
E t ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.
N on ancilla tuum iecur ulceret ulla, puer'ue
I ntra marmoreum uenerandi limen amici:
N e dominus pueri pulchri, caræ'ue puellæ
M unere te paruo beet: aut incommodus angat.
Q ualem commendes etiam atq; etiam aſpice: ne mox
I ncutiant aliena tibi peccata pudorem.
F allimur: & quondam, non dignum tradimus: ergò
Q uem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri:
V t penitus notum ſi tentent crimina ſerues,
T uteris'q; tuo fidentem præſidio, qui
D ente theonino cum circum roditur: ecquid
A d te poſt paulo uentura pericula ſentis?
N am tua res agitur: paries cum proximus ardet:
E t neglecta ſolent incendia ſumere uires.
D ulcis inexpertis cultura potentis amici.
E xpertus metuit. tu dum tua nauis in alto eſt:
H oc age: ne mutata, retrorſum te ferat aura.
O derunt hilarem triſtes, triſtem'q; iocoſi,
S edatum celeres, agilem gnauum'q; remiſſi:
P otores bibuli media de nocte falerni
O derunt porrecta negantem pocula: quamuis
N octurnos iures te formidare uapores.



D eme ſupercilio nubem. plerunq; modeſtus
O ccupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.
I nter cuncta leges, & percunctabere doctos:
Q ua ratione queas traducere leniter æuum:
N e te ſemper inops agitet, uexet'q; cupido,
N e pauor, & rerum mediocriter utilium ſpes.
V irtutem doctrina paret: natura'ne donet:
Q uid minuat curas: quid te tibi reddat amicum:
Q uid pure tranquillet: honos, an dulce lucellum,
A n ſecretum iter, & fallentis ſemita uitæ.
M e quoties reficit gelidus Digentia riuus:
Q uem Mandela bibit rugoſus frigore pagus:
Q uid ſentire putas? quid credis amice precari?
S it mihi, quod nunc eſt, etiam minus: ut mihi uiuam
Q uod ſupereſt æui: ſi quid336 ſupereſſe uolunt di.
S it bona librorum, & prouiſæ frugis in annum
C opia: neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.
S ed ſatis eſt orare Iouem, qui donat: & aufert:
D et uitam: det opes: æquum mi animū ipſe parabo.

## AD MECOENATEM.

P Riſco ſi credis Mecœnas docte Cratino:
Nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſunt:
Q uæ ſcribuntur aquæ potoribus: ut male ſanos
A dſcribit Liber Satyris, Faunis'q; poetas.
V ina ferè dulces oluerunt mane camœnæ:
L audibus arguitur uini uinoſus Homerus.
E nnius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
P roſiluit dicenda: forum, puteal'q; Libonis
M andabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.

H oc ſimul edixit: non ceſſauere poetæ
N octurno certare mero: putere diurno.
Q uid? ſiquis uultu toruo ferus, et pede nudo,
E xiguæq; togæ ſimul et textore Catonem:
V irtutem ne repræſentet, moreſq; Catonis?
R upit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
D um ſtudet urbanus, tĕditq; diſertus haberi.
D ecipit exemplar uitijs imitabile. quod ſi
P allerem caſu: biberent exangue cuminum.
O' imitatores ſeruum pecus, ut mihi ſæpe
B ilem, ſæpe iocum ueſtri mouere tumultus.
L ibera per uacuum poſui ueſtigia princeps.
N on aliena meo preſſi pede. qui ſibi fidit
D ux, regit examen. parios ego primus iambos
O ſtendi latio numeros, animoſq; ſecutus
A rchilochi, non res, et agentia uerba Lycambem.
A t ne me folijs ideo breuioribus ornes:
Q uod timui mutare modos, et carminis artem:
T emperat Archilochi muſam pede maſcula Sapphon:
T emperat Alcæus: ſed rebus, et ordine diſpar.
N ec ſocerum quærit: quem uerſibus oblinat atris:
N ec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.
H unc ego non alio dictum prius ore, latinis
V ulgaui fidicen. iuuat immemorata ferentem
I ngeniis, oculiſq; legi, manibuſq; teneri.
S cire uelis mea cur ingratus opuſcula lector
L audet: ametq; domi: premat extra limen iniquus.
N on ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor
I mpenſis cœnarum, et tritæ munere ueſtis.
N on ego nobilium ſcriptorum auditor, et ultor,



G rammaticas ambire tribus, et pulpita dignor.
H inc illæ lacrymæ. ſpiſſis indigna theatris
S cripta pudet recitare: et nugis addere pondus:
S i dixi: rides ait: et Iouis auribus iſta
S eruas. fidis enim manare poetica mella
T e ſolum, tibi pulcher. ad hæc ego naribus uti
F ormido: et luctantis acuto ne ſecer ungui:
D iſplicet iſte locus clamo: et diludia poſco.
L udus enim genuit trepidum certamen, et iram:
I ra truces inimicitias, et funĕbre bellum.

## AD LIBRVM SVVM.

Ertumnum, Ianumq; liber ſpectare uideris:
u Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.
Odiſti clauers, & grata ſigilla pudico:
P aucis oſtendi gemis: & communia laudas,
N on ita nutritus. fuge, quo diſcedere geſtis:
N on erit emiſſo reditus tibi. quid miſer egi?
Q uid uolui? dices: ubi quis te læſerit. & ſcis
I n breue te cogi: cum plenus languet amator.
Q uod ſi non odio peccantis deſipit augur:
C arus eris Romæ: donec te deſerat ætas.
C ontrectatus ubi manibus ſordeſcere uulgi
C œperis: aut tineas paſces taciturnus inerters:
A ut fugies Vticam: aut unctus mitteris Ilerdam.
R idebit monitor non exauditus: ut ille
Q ui male parentem in rupers detruſit aſellum
I ratus. quis enim inuitum ſeruare laboret?
H oc quoq; te manet: ut pueros elementa docentem
O ccupet extremis in uicis balba ſenectus.

C um tibi ſol tepidus plures admouerit aures:
M e libertino natum patre, & in tenui re
M aiores pennas nido extendiſſe loqueris:
V t quantum generi demas: uirtutibus addas.
M e primis urbis belli placuiſſe, domiq;,
C orporis exigui, præcanum, ſolibus aptum,
I raſci celerem, tamen ut placabilis eſſem.
F orte meum ſiquis te percontabitur æuum:
M e quater undenos ſciat impleuiſſe decembreis:
C ollegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

## Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

### AD AVGVSTVM.

c Vm tot ſuſtineas, et tanta negocia ſolus:
Res italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem:
S i longo ſermone morer tua tempora Cæſar.
R omulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux
P oſt ingentia facta, deorum in templa recepti,
D um terras, hominumq; colunt genus: aſpera bella
C omponunt: agros aſſignant: oppida condunt:
P lorauere ſuis non reſpondere fauorem
S peratum meritis. diram qui contudit hydram:
N otaq; fatali portenta labore ſubegit:
C omperit inuidiam ſupremo fine domari.



V rit enim fulgore ſuo qui prægrauat arteis
I nfra ſe poſitas: extinctus amabitur idem.
P ræſenti tibi maturos largimur honores:
I urandaſq; tuum per nomen ponimus aras,
N il oriturum aliâs, nil ortum tale fatentes.
S ed tuus hic populus ſapiens, & iuſtus, in uno
T e noſtris ducibus, te graiis anteferendo,
C ætera nequaquam ſimili ratione, modoq;
A eſtimat: & niſi quæ terris ſemota, ſuiſq;
T emporibus defuncta uidet: faſtidit, & odit,
S ic fautor ueterum: ut tabulas peccare uetanteis,
Q uas bis quinq; uiri ſanxerunt, fœdera regum
V el Gabiis, uel cum rigidis æquata Sabinis,
P ontificum libros, annoſa uolumina uatum,
D ictitet albano muſas in monte locutas.
S i, quia græcorum ſunt antiquiſſima quæque
S cripta, uel optima: romani penſantur eadem
S criptores trutina: non eſt quod multa loquamur.
N il intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
V enimus ad ſummum fortunæ. pingimus: atque
P ſallimus: & luctamur Achiuis doctius unctis.
S i meliora dies, ut uina, poemata reddit:
S cire uelim pretium chartis quotus arroget annus.
S criptor ab hinc annos centum qui decidit, inter
P erfectos, ueteresq; referri debet? an inter
V iles, atq; nouos? excludat iurgia finis.
E ſt uetus, atq; probus centum qui perficit annos.
Q uid? qui deperiit minor uno menſe, uel anno:
I nter quos referendus erit? ueteres'ne poetas?
A n quos & præſens, & poſtera reſpuet ætas?

I ſte quidem ueteres inter ponetur honeſte:
Q ui uel menſe breui, uel toto eſt iunior anno.
V tor permiſſo, caudæq; pilos, ut equinæ
P aulatim uello: & demo unum: demo etiam unum:
D um cadat eluſus ratione ruentis acerui,
Q ui redit ad faſtos, & uirtutem æſtimat annis:
M iraturq́; nihil, niſi quod Libitina ſacrauit.
E nnius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
V t critici dicunt, leuiter curare uidetur,
Q uo promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.
N euius in manibus non eſt: & mentibus hæret
P enè recens: adeo ſanctum eſt uetus omne poema.
A mbigitur quoties uter utro ſit prior: aufert
P acuuius docti famam ſenis: Accius alti:
D icatur Afrani toga conueniſſe Menandro:
P lautus ad exemplar ſiculi properare Epicarmi:
V incere Cecilius grauitate: Terentius arte.
H os ediſcit: & hos arcto ſtypata theatro
S pectat Roma potens: habet hos, numeratq́; poetas
A d noſtrum tempus Liui ſcriptoris ab æuo.
I nterdum uulgus rectum uidet: eſt ubi peccat.
S i ueteres ita miratur, laudatq́; poetas:
V t nihil anteferat: nihil illis comparet: errat.
S i quædam nimis antique, ſi pleraq; dure
D icere credat eos: ignaue multa, fatetur:
E t ſapit: & mecum facit: & Ioue iudicat æquo.
N on equidem inſector: delendaq́; carmina Liui
E ſſe reor: memini quæ plagoſum mihi paruo
O rbilium dictare: ſed emendata uideri,
P ulchraq́; & exactis minimum diſtantia, miror.

Inter



I nter quæ uerbum emicuit ſi forte decorum, &
S i uerſus paulo concinnior unus, & alter:
I niuſte totum ducit, uenditq́; poema.
I ndignor quidquam reprehendi: non quia craſſe
C ompoſitum, illepide'ue putetur: ſed quia nuper:
N ec ueniam antiquis, ſed honorem, 'et præmia poſci.
R ecte nec'ne crocum, floresq́; perambulet Atte
F abula, ſi dubitem: clament periiſſe pudorem
C uncti penè patres: ea cum reprehendere coner:
Q uæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit:
V el quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt:
V el quia turpe putant parere minoribus: & quæ
I mberbes didicere, ſenes perdenda fateri.
I am ſaliare Numæ carmen, qui laudat: & illud,
Q uod mecum ignorat, ſolus uult ſcire uideri:
I ngenijs non ille fauet, plauditq́; ſepultis:
N oſtra ſed impugnat: nos, noſtraq́; liuidus odit.
Q uod ſi tam græcis nouitas inuiſa fuiſſet:
Q uàm nobis: quid nunc eſſet uetus? aut quid haberet,
Q uod legeret, tereretq́; uiritim publicus uſus?
V t primum poſitis nugari Græcia bellis
C œpit: & in uitium fortuna labier æqua:
N unc Athletarum ſtudijs, nunc arſit equorum:
M armoris, aut eboris fabros, aut æris amauit:
S uſpendit picta uultum, mentemq́; tabella:
N unc tibicinibus, nunc eſt gauiſa tragœdis:
S ub nutrice puella, uelut ſi luderet infans:
Q uod cupide petijt, mature plena reliquit.
Q uid placet aut odio eſt, quod non mutabile credas?
H oc paces habuere bonæ, uentiq; ſecundi.

p

Romæ dulce diu fuit, & ſolenne: recluſa
Mane domo uigilare: clienti promere iura:
Cautos nominibus certis expendere nummos:
Maiores audire: minori dicere, per quæ
Creſcere res poſſet: minui damnoſa libido.
Mutauit mentem populus leuis: & calet uno
Scribendi ſtudio. pueri, patresq́; ſeueri
Fronde comas uincti cœnant: & carmina dictant.
Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere uerſus:
Inuenior Parthis mendacior: & prius orto
Sole, uigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco.
Nauem agere ignarus nauis timet: abrotanum ægro
Non audet, niſi qui didicit, dare. quod medicorum eſt,
Promittunt medici. tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctiq́; poemata paſſim.
Hic error tamen, & leuis hæc inſania, quantas
Virtutes habeat, ſic collige. uatis auarus
Non temere eſt animus: uerſus amat: hoc ſtudet unū:
Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet:
Non fraudem ſocio, puero non cogitat ullam
Pupillo: uiuit ſiliquis, & pane ſecundo:
Militiæ quanquam piger, & malus, utilis urbi.
Si das hoc, paruis quoq; rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri, balbumq́; poeta figurat:
Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis, & inuidiæ correctur, & iræ.
Recte facta refert: orientia tempora notis
Inſtruit exemplis: inopem ſolatur, & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti



Diſceret unde preces? uatem ni muſa dediſſet.
Poſcit opem chorus: & præſentia numina ſentit:
Cœleſtes implorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.
Carmine di ſuperi placantur, carmine manes.
Agricolæ priſci, fortes, paruoq́; beati
Condita poſt frumenta, leuantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
Cum ſocijs operum, & pueris, & coniuge fida
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,
Floribus & uino Genium memorem breuis æui.
Feſcennina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit:
Libertasq́; recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter: donec iam ſæuus apertam
In rabiem uerti cœpit iocus: & per honeſtas
Ire domos impune minax. doluere cruento
Dente laceſſiti. fuit intactis quoq; cura
Conditione ſuper communi. quin etiam lex,
Pœnaq́; lata malo: quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi. uertêre modum formidine fuſtis
Ad benedicendum, delectandumq́; redacti.
Græcia capta, ferum uictorem cepit: & artes
Intulit agreſti latio. ſic horridus ille
Defluxit numerus ſaturnius: & graue uirus
Munditiæ pepulere. ſed in longum tamen æuum
Manſerunt, hodieq́; manent ueſtigia ruris.
Serus enim græcis admouit acumina chartis:
Et poſt punica bella quietus, quærere cœpit:

Quid Sophocles, et Theſpis, et Aeſchylus utile ferrent.
Tentauit quoq; rem ſi digne uertere poſſet:
Et placuit ſibi natura ſublimis, et acer.
Nam ſpirat tragicum ſatis: et feliciter audet:
Sed turpem putat in ſcriptis, metuitq; lituram.
Creditur, ex medio quia res arceſſit: habere
Sudoris minimum, ſed habet Comœdia tanto
Plus oneris: quanto ueniæ minus. aſpice Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephœbi:
Vt patris attenti, lenonis ut inſidioſi,
Quantus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis:
Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enim nummum in loculos dimittere, poſt hac
Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad Scenam uentoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator: ſedulus inflat.
Sic leue: ſic paruum eſt: animũ quod laudis auarũ
Subruit: aut reficit. ualeat res ludicra: ſi me
Palma negata, macrum, donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc, terretq; poetam:
Quod numero plures, uirtute et honore minores,
Indocti, ſtolidiq;, et depugnare parati,
Si diſcordet eques: media inter carmina poſcunt,
Aut urſum, aut pugiles. his nam plebecula gaudet.
Verũ equitis quoq; iã migrauit ab aure uoluptas
Omnis, ad incertos oculos, et gaudia uana.
Quattuor aut plureis aulæa premuntur in horas:
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ.
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues:



Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus: ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Vt ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret aſello
Fabellam ſurdo. nam quæ peruincere uoces
Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Thuſcum:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,
Diuitiæq; peregrinæ. quibus oblitus actor
Cum ſtetit in ſcena: concurrit dextera leuæ.
Dixit adhuc aliquid? nil ſane. quid placet ergo?
Lana tarentino uiolas imitata ueneno.
Ac ne forte putes me, quæ facere ipſe recuſem,
Cum recte tractent alij: laudare maligne:
Ille per extentum funem mihi poſſe uidetur
Ire poeta: meum qui pectus inaniter angit:
Irritat: mulcet: falſis terroribus implet:
Vt magus: & modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Verum age, & his, qui ſe lectori credere malunt:
Quam ſpectatoris faſtidia ferre ſuperbi:
Curam redde breuem: ſi munus Apolline dignum
Vis complere libris: & uatibus addere calcar:
Vt ſtudio maiore petant Helicona uirentem.
Multa quidem nobis facimus mala ſæpe poetæ:
Vt uineta egomet cædam mea: cum tibi librum
Sollicito damus, aut feſſo: cum lædimur: unum
Siquis amicorum eſt auſus reprendere uerſum:

C um loca iam recitata reuoluimus irreuocati:
C um lamentamur, non apparere labores
N oſtros, & tenui deducta poemata filo:
C um ſperamus eò rem uenturam: ut ſimulatq;
C armina reſcieris nos fingere: commodus ultro
A rceſſas: & egere uetes: & ſcribere cogas.
S ed tamen eſt operæpretium cognoſcere, quales
A edituos habeat belli ſpectata, domiq;,
V irtus, indigno non committenda poetæ.
G ratus Alexandro regi Magno fuit ille
C herilus: incultis qui uerſibus, & male natis
R ettulit, acceptos, regale numiſma, philippos.
S ed ueluti tractata notam, labemq; remittunt
A tramenta: ferè ſcriptores carmine fœdo
S plendida facta linunt. idem rex ille, poema
Q ui tam ridiculum, tam care prodigus emit:
E dicto uetuit, ne quis ſe, præter Apellem
P ingeret: aut alius Lyſippo duceret æra
F ortis Alexandri uultum ſimulantia. quod ſi
I udicium ſubtile uidendis artibus illud
A d libros, & ad hæc muſarum dona uocares:
B œotum in craſſo iurares aere natum.
A t neq; dedecorant tua de ſe iudicia, atque
M unera: quæ multa dantis cum laude tulerunt:
D ilecti tibi Virgilius, Variuſq; poetæ.
N ec magis expreſſi uultus per ahenea ſigna,
Q uam per uatis opus mores, animiq; uirorum
C larorum, apparent. nec ſermones ego mallem
R epentes per humum, quam res componere geſtas;
T errarumq; ſitus, & flumina dicere, & arces



M ontibus impoſitas, & barbara regna, tuiſq;
A uſpicijs totum confecta duella per orbem,
C lauſtráq; cuſtodem pacis cohibentia Ianum,
E t formidatam Parthis te principe Romam:
S i quantum cuperem, poſſem quoq;. ſed neq; paruum
C armen maieſtas recipit tua: nec meus audet
R em tentare pudor: quam uires ferre recuſent.
S edulitas autem, ſtulte quem diligit, urget:
P ræcipue cum ſe numeris commendat, & arte.
D iſcit enim citius, meminitq; libentius illud,
Q uod quis deridet: quam quod probat, et ueneratur.
N il moror officium, quod me grauat: ac neq; ficto
I n peius uultu proponi cæreus uſquam,
N ec praue factis decorari uerſibus opto:
N e rubeam pingui donatus munere: & unà
C um ſcriptore meo capſa porrectus aperta
D eferar in uicum uendentem thus, & odores,
E t piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

## AD IVLIVM FLORVM.

f Lore bono, claroq; fidelis amice Neroni,
Siquis forte uelit puerum tibi uendere natum
Tybure, uel Gabijs: & tecum ſic agat: hic et
C andidus, & talos à uertice pulcher ad imos,
F iet, eritq; tuus, nummorum millibus octo,
V erna miniſterijs ad nutus aptus heriles,
L itterulis græcis imbutus, idoneus arti
C uilibet: argilla quid uis imitabitur uda.
Q uin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.
M ulta fidem promiſſa leuant: ubi plenius æquo

Laudat uenales, qui uult extrudere, merces.
Res urget me nulla: meo ſum pauper in ære.
Nemo hoc mangonum faceret tibi. non temere à me
Qui uis ferret idem: ſemel hic ceſſauit: &, ut fit,
In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.
Des nummos: excepta nihil te ſi fuga lædat.
Ille ferat pretium pœnæ ſecurus opinor.
Prudens emiſti uitioſum: dicta tibi eſt lex.
Inſequeris tamen hunc: & lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiſcenti tibi: dixi
Talibus officijs propè mancum: ne mea ſæuus
Iurgares ad te quod epiſtola nulla ueniret.
Quid tum profeci? mecum facientia iura
Si tamen attentas? quereris ſuper hoc etiam: quod
Expectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta uiatica multis
Erumnis, laſſus dum noctu ſtertit: ad aſſem
Perdiderat: poſt hoc uehemens lupus, & ſibi, et hoſti
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
Præſidium regale loco deiecit, ut aiunt,
Summe munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis:
Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummum.
Forte ſub hoc tempus caſtellum euertere prætor
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis: quæ timido quoq; poſſent addere mentem.
I bone, quo uirtus tua te uocat: i pede fauſto
Grandia laturus meritorum præmia. quid ſtas?
Poſt hæc ille catus, quantum uis ruſticus ibit:
Ibit eò, quo uis, qui Zonam perdidit, inquit.



Romæ nutriri mihi contigit: atq; doceri,
Iratus graijs quantum nocuiſſet Achilles.
Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ:
Scilicet ut poſſem curuo dignoſcere rectum:
Atque inter ſyluas achademi quærere uerum.
Dura ſed amouere loco me tempora grato:
Ciuiliſq; rudem belli tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis.
Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi
Deciſis humilem pennis, inopemq; paterni
Et laris, & fundi: paupertas impulit audax:
Vt uerſus facerem. ſed, quod non deſit, habentem,
Quæ poterunt unquam ſatis expurgare cicutæ:
Ni melius dormire putem: quàm ſcribere uerſus:
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere iocos, uenerem, conuiuia, ludum:
Tendunt extorquere poemata. quid faciam uis?
Deniq; non omnes eadem mirantur: amantq;.
Carmine tu gaudes: hic delectatur iambis:
Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro.
Tres mihi conuiuæ propè diſſentire uidentur
Poſcentes uario multum diuerſa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter.
Quod petis, id ſanè eſt inuiſum, acidumq; duobus.
Præter cætera, Romæ me'ne poemata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas, totq; labores?
Hic ſponſum uocat: hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officijs: cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Auentino: uiſendus uterq;.
Interualla uides humane commoda. uerum

Plures ſunt plateæ: nihil ut meditantibus obſtet.
Feſtinat calidus mulis, gerulisq́; redemptor:
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum:
Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris:
Hac rabioſa fugit canis: hac lutulenta ruit ſus.
I nunc, & uerſus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus: & fugit urbes
Rite cliens Bacchi ſomno gaudentis, & umbra.
Tu me inter ſtrepitus nocturnos, atq; diurnos
Vis canere: & contracta ſequi ueſtigia uatum.
Ingenium, ſibi quod uacuas deſumpſit Athenas:
Et ſtudijs annos ſeptem dedit: inſenuitq́;
Libris, & curis: ſtatua taciturnius exit
Plerunq;: & riſu populum quatit. hic ego rerum
Fluctibus in medijs, & tempeſtatibus urbis
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Frater erat Romæ conſulti Rhetor: ut alter
Alterius ſermone meros audiret honores:
Gracchus ut hic illi foret: hic ut Mutius illi.
Qui minus argutos uexat furor iſte poetas?
Carmina compono: hic elegos: mirabile uiſu,
Cælatumq́; nouem muſis opus. aſpice primum,
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum
Spectemus uacuam romanis uatibus ædem.
Mox etiam, ſi forte uacat: ſequere: & procul audi:
Quid ferat: & quare ſibi nectat uterq; coronam,
Cædimur: & totidem plagis conſumimus hoſtem
Lento Samnites ad lumina prima duello.
Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis? niſi Callimachus? ſi plus ad poſcere uiſus:



Fit Mimermnus: & optiuo cognomine creſcit.
Multa fero: ut placem genus irritabile uatum:
Cum ſcribo: & ſupplex populi ſuffragia capto.
Idem finitis ſtudijs, & mente recepta,
Obturem patulas impune legentibus aures.
Ridentur, mala qui componunt carmina: uerum
Gaudent ſcribentes: & ſe uenerantur: & ultro
Si taceas, laudant, quidquid ſcripſere, beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poema:
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti.
Audebit quæcunq; parum ſplendoris habebunt:
Et ſine pondere erunt: & honore indigna ferentur:
Verba mouere loco. quamuis inuita recedant:
Et uerſentur adhuc intra penetralia Veſtæ:
Obſcurata diu populo, bonus eruet: atq;
Proferet in lucem ſpecioſa uocabula rerum:
Quæ priſcis memorata Catonibus, atq; Cethegis,
Nunc ſitus informis premit, & deſerta uetuſtas.
Adſciſcet noua: quæ genitor produxerit uſus:
Vehemens, & liquidus, puroq; ſimillimus amni,
Fundet opes: latiumq́; beabit diuite lingua.
Luxuriantia compeſcet: nimis aſpera ſano
Leuabit cultu: uirtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit: & torquebitur: ut qui
Nunc ſatyrum, nunc agreſtem Cyclopa mouetur.
Prætulerim ſcriptor delirus, inerſq; uideri:
Dum mea delectent mala me: uel deniq; fallant:
Quam ſapere, & ringi. fuit haud ignobilis Argis:
Qui ſe credebat miros audire tragœdos
In uacuo lætus ſeſſor, plauſorq́; theatro.

C ætera qui uitæ ſeruaret munia recto
M ore: bonus ſane uicinus, amabilis hoſpes,
C omis in uxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis:
E t ſigno læſo non inſanire lagenæ:
P oſſet qui rupem, & puteum uitare patentem.
H ic ubi cognatorum opibus, curiſq́; refectus,
E xpulit helleboro morbum, bilemq́; meraco:
E t redit ad ſeſe: pol me occidiſtis amici:
N on ſeruaſtis ait: cui ſic extorta uoluptas:
E t demptus per uim mentis gratiſſimus error.
N imirum ſapere eſt abiectis utile nugis:
E t tempeſtiuum pueris concedere ludum:
A c non uerba ſequi fidibus modulanda latinis:
S ed uere numeroſq́;, modoſq́; ediſcere uitæ.
Q uo circa mecum loquor hæc: tacituſq́; recordor:
S i tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ:
N arrares medicis: quod quanto plura paraſti:
T anto plura cupis: nulli ne faterier audes?
S i uulnus tibi, monſtrata radice, uel herba
N on fieret leuius: fugeres radice, uel herba
P roficiente nihil curarier. audieras cui
R em di donarent, illi decedere prauam
S tultitiam: & cum ſis nihilo ſapientior, ex quo
P lenior es: tamen uteris monitoribus iſdem.
A t ſi diuitiæ prudentem reddere poſſent:
S i cupidum, timidumq́; minus te: nempe ruberes:
V iueret in terris te ſiquis auarior uno.
S i proprium eſt, quod quis libra mercatur, & ære:
Q uædam (ſi credis conſultis) mancipat uſus.
Q ui te paſcit ager tuus eſt: & uillicus Orbi



C um ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus:
T e dominum ſentit. das nummos: accipis uuam,
P ullos, oua, cadum temeti: nempe modo iſto
P aulatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis,
A ut etiam ſupra nummorum millibus emptum.
Q uid refert uiuas numerato nuper, an olim?
E mptor Aricini quondam, ueientis & arui,
E mptum cœnat olus: quamuis aliter putat: emptis
S ub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
S ed uocat uſq; ſuum: qua populus adſita certis
L imitibus uicina refugit iurgia: tanquam
S it proprium cuiquam: puncto quod mobilis horæ,
N unc prece, nunc pretio, nunc ui, nunc ſorte ſuprema,
P ermutet dominos: & cedat in altera iura.
S ic quia perpetuus nulli datur uſus: & hæres
H æredem alterius, uelut unda ſuperuenit undam:
Q uid uici proſunt? aut horrea? quid ue calábris
S altibus adiecti lucani? ſi metit horcus
G randia cum paruis non exorabilis auro?
G emmas, marmor, ebur, tyrrhena ſigilla, tabellas,
A rgentum, ueſtes getulo murice tinctas,
S unt qui non habeant: eſt qui non curat habere.
C ur alter fratrum ceſſare, et ludere, et ungi
P ræferat Herodis palmetis pinguibus: alter
D iues, et importunus, ad umbram lucis ab ortu,
S yluestrem flammis, et ferro mitiget agrum:
S cit genius: natale comes qui temperat aſtrum:
N aturæ deus humanæ, mortalis in unum
Q uodque caput, uultu mutabilis, albus, et ater.
V tar: et ex modico, quantum res poſcet, aceruo

T ollam: nec metuam, quid de me iudicet hæres?
Q uod non plura datis inuenerit. & tamen idem
S cire uolam: quantum ſimplex, hilariſq; nepoti
D iſcrepet: & quantum diſcordet parcus auaro.
D iſtat enim ſpargas tua prodigus: an neq; ſumptum
I nuitus facias: neq; plura parare labores.
A c potius, puer ut feſtis quinquatribus, olim
E xiguo, gratóq; fruaris tempore raptim.
P auperies immunda domus procul abſit. ego, utrum
N aue ferar magna, an parua, ferar unus, & idem.
N on agimur tumidis uelis Aquilone ſecundo:
N on tamen aduerſis ætatem ducimus auſtris.
V iribus, ingenio, ſpecie, uirtute, loco, re,
E xtremi primorum, extremis uſq; priores.
N on es auarus: abi. quid cætera? num ſimul iſto,
C um uitio fugêre? caret tibi pectus inani
A mbitione? caret mortis formidine, & ira?
S omnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
N octurnos lemures, portentáq; theſſala rides?
N atales grate numeras? ignoſcis amicis?
L enior, & melior fis accedente ſenecta?
Q uid te exempta iuuat ſpinis de pluribus una?
V iuere ſi recte neſcis: decede peritis.
L uſiſti ſatis: ediſti ſatis: atq; bibiſti:
T empus abire tibi eſt: ne potum largius æquo
R ideat, & pulſet laſciua decentius ætas.



# Q. HORATII FLACCI SERMONVM LIBER PRIMVS.

## SATYRA PRIMA.

Q Vi fit Mecœnas? ut nemo, quam ſibi ſortem,
Seu ratio dederit: ſeu fors obiecerit: illa
Contentus uiuat? laudet diuerſa ſequentes?
O' fortunati mercatores, grauis annis
M iles ait, multo iam fractus membra labore.
C ontra mercator, nauim iactantibus auſtris,
M ilitia eſt potior. quid enim? concurritur: horæ
M omento cita mors uenit: aut uictoria læta.
A gricolam laudat iuris, legumq; peritus:
S ub galli cantum conſultor ubi hoſtia pulſat.
I lle datis uadibus, qui rure extractus in urbem eſt:
S olos felices uiuentes clamat in urbe.
C ætera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem
D elaſſare ualent Fabium. ne te morer: audi,
Q uo rem deducam. ſiquis deus, en ego, dicat,
I am faciam, quod uultis: eris tu, qui modo miles,
M ercator: tu conſultus modo, ruſticus. hinc uos,
V os hinc mutatis diſcedite partibus. eia
Q uid ſtatis? nolunt. atqui licet eſſe beatis.
Q uid cauſſæ eſt? merito quin illis Iuppiter ambas
I ratus buccas inflet? neq; ſe fore poſthac
T am facilem dicat: uotis ut præbeat aurem?

Sebbene che cosa proibisce a chi ride di dire il vero?



Præterea, ne ſic, ut qui iocularia, ridens
Percurram: quanquam ridentem dicere uerum
Quid uetat? ut pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores: elementa uelint ut diſcere prima.
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Ille grauem duro terram, qui uertit aratro:
Perfidus hic caupo, miles, nautæq;, per omne
Audaces mare qui currunt: hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant:
Aiunt: cum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
Paruula, nam exemplo eſt magni formica laboris,
Ore trahit quodcunq; poteſt: atq; addit aceruo:
Quem ſtruit haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ, ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum:
Non uſquam prorepit: & illis utitur ante
Quæſitis patiens. cum te neq; feruidus æſtus
Dimoueat lucro: neq; hyems, ignis, mare, ferrum:
Nil obſtet tibi: dum ne ſit te ditior alter.
Quid iuuat immenſum te argenti pondus, & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
Quod ſi comminuas, uilem redigatur ad aſſem.
At ni id fit, quid habet pulchri conſtructus aceruus?
Millia frumenti tua triuerit area centum:
Non tuus hoc capiet uenter plus, quàm meus: ut ſi
Reticulum panis uenales inter honuſto
Forte uehas humero: nihilo plus accipias, quam
Qui nil portarit. uel dic, quid referat intra
Naturæ fineis uiuenti, iugera centum, an
Mille aret? at ſuaue eſt ex magno tollere aceruo.
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas:





Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna,
Vel cyatho: et dicas magno de flumine mallem,
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere. eo fit,
Plenior ut ſiquos delectet copia iuſto:
Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer.
At qui tantuli eget, quanto eſt opus: is neq; limo
Turbatam haurit aquã: neq; uitam amittit in undis.
At bona pars hominum decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit: quia tanti, quantum habeas, ſis.
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter:
Quatenus id facit. ut quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac diues, populi contemnere uoces
Sic ſolitus: populus me ſibilat: at mihi plaudo
Ipſe domi: ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians: et tanquam parcere ſacris
Cogeris: aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Neſcis quid ualeat nummus: quem præbeat uſum.
Pannis ematur, olus, uini ſextarius: adde,
Quis humana ſibi doleat natura negatis.
An uigilare metu exanimem: noctesq;, diesq;
Formidare malos fures, incendia, ſeruos,
Ne te compilent, fugienteis: hoc iuuat? horum
Semper ego optarim pauperimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit tentatum frigore corpus:
Aut alius caſus lecto te affixit: habes qui
Aſſideat: fomenta paret: medicum roget: ut te

Suſcitet: ac reddat natis, cariſq; propinquis.
Non uxor ſaluum te uult, non filius: omnes
Vicini oderunt: noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas:
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem?
At ſi cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat: retinere uelis: ſeruareq; amicos:
Infelix operam perdas: ut ſiquis aſellum
In campum doceat parentem currere frenis.
Deniqueſit finis quærendi: cumq; habeas plus:
Pauperiem metuas minus: et finire laborem
Incipias, parto quod auebas: nec facias, quod
Vmidius quidam (non longa eſt fabula) diues,
Vt metiretur nummos: ita ſordidus, ut ſe
Non unquam ſeruo melius ueſtiret: ad uſque
Supremum tempus ne ſe penuria uictus
Opprimeret, metuebat. at hunc liberta ſecuri
Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarum.
Quid mi igitur ſuades? ut uiuam Neuius? aut ſic,
Vt Nomentanus? pergis pugnantia ſecum
Frontibus aduerſis componere. non ego auarum
Cum ueto te fieri: uappam iubeo, ac nebulonem.
Eſt inter Tanaim quiddam, ſocerumq; Viſelli.
Eſt modus in rebus: ſunt certi denique fines:
Quos ultra, citraq; nequit conſiſtere rectum.
Illuc, unde abij, redeo: nemon ut auarus
Se probet: ac potius laudet diuerſa ſequentes:
Quodque aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat: neque ſe maiori pauperiorum
Turbæ comparet: hunc, atq; hunc ſuperare laboret.



Sic feſtinanti ſemper, locupletior obſtat:
Vt cum carceribus miſſos rapit ungula currus:
Inſtat equis auriga, ſuos uincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit: ut raro, qui ſe uixiſſe beatum
Dicat: et exacto contentus tempore uitæ
Cedat, uti conuiua ſatur: reperire queamus.
Iam ſatis eſt: ne me Criſpini ſcrinia Lippi
Compilaſſe putes, uerbum non amplius addam.

## SATYRA. II.

Mbubairum collegia, pharmacopolæ,
a Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne
Mœſtũ, ac ſollicitũ eſt cãtoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. contra, hic ne prodigus eſſe
Dicatur metuens, inopi dare nolit amico:
Frigus quo, duramq; famem depellere poſſit.
Hunc ſi percонteris, aui cur, atque parentis
Præclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rem,
Omnia conductis coemens obſonia nummis:
Sordidus, atque animi quod parui nolit haberi:
Reſpondet. laudatur ab his: culpatur ab illis.
Fuſidius uappæ famam timet, ac nebulonis,
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
Quinas hic capiti mercedes exigit: atque
Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget.
Nomina ſectatur modo ſumpta ueſte uirili
Sub patribus duris tironum. maxime quis non
Iuppiter exclamet: ſimulatq; audiuit? at ipſe
Pro quæſtu ſumptum facit. hic uix credere poſſis,

Quam ſibi non ſit amicus: ita ut pater ille, Terenti
Fabula quem miſerum nato uixiſſe fugato
Inducat: non ſe peius cruciauerit, atque hic.
Siquis nunc quærat, quo res hæc pertinet. illuc.
Dum uitant ſtulti uitia: in contraria currunt.
Malchinus tunicis demiſſis ambulat: eſt qui
Inguen ad obſcœnum ſubductis uſq; facetus.
Paſtillos Rufillus olet: Gorgonius hircum.
Nil medium eſt. ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas:
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte.
Contra, alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantem.
Quidam notus homo, cum exiret fornice: macte
Virtute eſto inquit ſententia dia Catonis.
Nam ſimulac uenas inflauit tetra libido:
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere: non alienas
Permolere uxores. nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupennius albi.
Audire eſt operæ pretium, procedere recte
Qui mœchis non uultis: ut omni parte laborent:
Vtq; illis multo corrupta dolore uoluptas:
Atque hæc rara cadat dura inter ſæpe pericla.
Hic ſe præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæſus: fugiens hic decidit acrem
Prædonu in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones. quin etiam illud
Accidit: ut quidam teſteis, caudamq; ſalacem
Demeteret ferro. iure omnes: Galba negabat.
Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda:
Libertinarum dico: Salluſtius in quas
Non minus inſanit: quam qui mœchatur. at hic ſi,



Qua res, qua ratio ſuaderet: quaq; modeſte
Munificum eſſe licet: uellet bonus, atq; benignus
Eſſe: daret quantum ſatis eſſet: nec ſibi damno,
Dedecoriq; foret: uerum hoc ſe amplectitur uno:
Hoc amat: & laudat: matronam nullam ego tango.
Vt quondam Marſæus amator Originis, ille
Qui patrium mimæ donat: fundumq;, laremq;:
Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus unquam alienis.
Verum eſt cum mimis: eſt cum meretricibus unde
Fama malu grauius, quam res, trahit. an tibi abunde
Perſonam ſatis eſt, non illud, quidquid ubiq;
Officit, euitare. bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare malum eſt ubicunq;. quid inter-
Eſt in matrona, ancilla, peccesue togata?
Villius in Fauſta Syllæ gener, hoc miſer uno
Nomine deceptus, pœnas dedit uſq;, ſuperq;,
Quam ſatis eſt, pugnis cæſus, ferroq; petitus,
Excluſus fore, cum Longarenus foret intus.
Huic ſi Mutonis uerbis mala tanta uidentis
Diceret hæc animus: quid uis tibi? nunquid ego à te
Magno prognatum depoſco conſule cunnum,
Velatumq; ſtola, mea cum conferbuit ira?
Quid reſponderet? magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantiaq; iſtis
Diues opis natura ſuæ. tu ſi modo recte
Diſpenſare uelis: ac non fugienda petendis
Immiſcere. tuo uitio, rerum ne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Deſine matronas ſectarier: unde laboris
Plus haurire mali eſt: quam ex re decerpere fructus.

N ec magis huic inter niueos, uirideſq́; lapillos,
S it licet hoc Chærinte tuum, tenerū eſt femur, aut crus
R ectius: atq; etiam melius perſæpe togatæ.
A dde huc, quod mercem ſine fucis geſtat: aperte
Q uod uenale habet, oſtendit: nec, ſiquid honeſti eſt,
I actat: habetq́; palàm: quærit quo turpia coelet.
R egibus hic mos eſt: ubi equos mercantur, opertos
I nſpiciunt: ne, ſi facies (ut ſæpe) decora
M olli fulta pede eſt: emptorem inducat hiantem:
Q uod pulchræ clunes: breue qđ caput, ardua ceruix.
H oc illi recte: ne corporis optima lynceis
C ontemplere oculis: Hypſea cæcior, illa,
Q uæ mala ſunt, ſpectes. o' crus, o' brachia: uerum,
D epygis, naſuta, breui latere, ac pede longo eſt.
M atronæ, præter faciem, nil cernere poſſis,
C ætera, ni Catia eſt, demiſſa ueſte tegentis.
S i interdicta petes, uallo circundata, (nam te
H oc facit inſanum) multæ tibi tum officient res:
C uſtodes, lecticæ, ciniflones, paraſitæ,
A d talos ſtola demiſſa, & circundata palla
P lurima: quæ inuideant pure apparere tibi rem.
A ltera nil obſtat: cois tibi, pene uidere eſt,
V t nudam: ne crure malo, ne ſit pede turpi:
M etiri poſſis oculo latus. an tibi mauis
I nſidias fieri: pretiumq́; auellier: ante,
Q uàm mercem oſtendi? leporem uenator, ut alta
I n niue ſectatur: poſitum ſic tangere nolit:
C antat: & apponit. meus eſt amor huic ſimilis: nam
T ranſuolat in medio poſita: & fugientia captat.
H iſcine uerſiculis ſperas tibi poſſe dolores,



A tq; æſtus, curaſq́; graues è pectore pelli?
N onne cupidinibus ſtatuet natura modum quem:
Q uid latura: ſibi quid ſit dolitura negatum:
Q uærere plus prodeſt? & inane abſcindere ſoldo?
N um, tibi cum fauces urit ſitis: aurea quæris
P ocula? num eſuriens faſtidis omnia præter
P auonem, rombūq;? tument tibi cum inguina: num, ſi
A ncilla, aut uerna eſt præſto puer: impetus in quem
C ontinuo fiat: malis tentigine rumpi?
N on ego: nanq; parabilem amo uenerem, facilemq́;.
I llam poſt paulo, ſed pluris, ſi exierit uir.
G allis hanc Philodemus ait: ſibi, quæ neq; magno
S tet pretio: neq; cunctetur, cum eſt iuſſa, uenire.
C andida, rectaq́; ſit, munda hactenus, ut neq; longa,
N ec magis alba uelit, quam det natura, uideri.
H æc ubi ſuppoſuit dextro corpus mihi leuum:
I lia, & Aegeria eſt: do nomen quodlibet illi.
N ec uereor ne, dum futuo, uir rure recurrat:
I anua frangatur: latret canis: undiq; magno
P ulſa domus. ſtrepitu reſonet: uel pallida lecto
D eſiliat mulier: miſeram ſe conſcia clamet:
C ruribus, hæc metuat: doti, deprenſa: egomet mi.
D iſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo:
N e nummi pereant, aut pyga, aut deniq; fama.
D eprendi miſerum eſt: Fabio uel iudice uincam.

## SATYRA. III.

Mnibus hoc uitium eſt cantoribus: inter amicos
O Vt nunquā inducant animum cantare, rogati:
Iniuſſi nunquam deſiſtant. ſardus habebat

I lle Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet:
S i peteret per amicitiam patris, atq; ſuam: non
Q uidquam proficeret: ſi collibuiſſet: ab ouo
V ſq; ad mala citaret, Iò Bacche, modo ſumma
V oce, modo hac reſonans, quæ chordis quattuor ima.
N il æquale homini fuit illi: ſæpe uelut qui
C urrebat fugiens hoſtem: perſæpe uelut qui
I unonis ſacra ferret. habebat ſæpe ducentos,
S æpe decem ſeruos. modo reges, atq; tetrarchas
O mnia magna loquens. modo ſit mihi menſa tripes, &
C oncha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus,
Q uamuis craſſa queat. decies centena dediſſes
H uic parco paucis contento: quinq; diebus
N il erat in loculis. noctes uigilabat ad ipſum
M ane: diem totum ſtertebat. nil fuit unquam
S ic impar ſibi. nunc aliquis dicat mihi? quid tu,
N ulla'ne habes uitia? imo alia, haud fortaſſe minora.
M æuius abſentem Neuium cum carperet: heus tu
Q uidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis
V erba putas? egomet mi ignoſco Mænius inquit.
S tultus, & improbus hic amor eſt, dignus'q; notari.
C um tua peruideas oculis mala lippus inunctis
C ur in amicorum uitijs tam cernis acutum:
Q uã, ut aquila, aut ſerpens epidaurius? at tibi contra
E uenit: inquirant uitia ut tua rurſus & illi.
I racundior eſt paulo, minus aptus acutis
N aribus horum hominum: rideri poſſit, eo quod
R uſticius tonſo toga defluit & male laxus
I n pede calceus hæret, at eſt bonus: ut melior uir
N on alius quiſquam: at tibi amicus; at ingeniũ igens



I ncultо latet hoc ſub corpore. deniq; te ipſum
C oncute: nunqua tibi uitiorum inſeuerit olim
N atura, aut etiam conſuetudo mala. nanq;
N eglectis urenda filix innaſcitur agris.
I lluc præuertamur: amatorem quod amicæ
T urpia decipiunt cæcum uitia: aut etiam ipſa hæc
D electant: ueluti Balbinum pŏlўpŭs Agnæ.
V ellem in amicitia ſic erraremus: & iſti
E rrori nomen uirtus poſuiſſet honeſtum.
A t pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
S i quod ſit uitium: non faſtidire. ſtrabonem
A ppellat pætum pater: & pullum, male paruus
S i cui filius eſt: ut abortiuus fuit olim,
S iſyphus. hunc uarum diſtortis cruribus, illum
B albutit ſcaurum prauis fultum male talis.
P arcius hic uiuit: frugi dicatur. ineptus
E t iactantior hic paulo eſt: concinnus amicis
P oſtulat, ut uideatur. at eſt truculentior, atq;
P lus æquo liber: ſimplex, fortis'q; habeatur.
C aldior eſt: acres inter numeretur opinor.
H æc res & iungit: iunctos & ſeruat amicos.
A t nos uirtutes ipſas inuertimus: atq;
S incerum cupimus uas incruſtare. probus quis
N obiſcum uiuit, multum demiſſus homo: illi
T ardo cognomen pingui damus. hic fugit omneis
I nſidias: nulli'q; malo latus obdit apertum:
C um genus hoc intar uitæ uerſetur: ubi acris
I nuidia, atq; uigent ubi crimina. pro bene ſano,
A c non incauto, fictum, aſtutum'q; uocamus.
S implicior ſiquis: qualem me ſæpe libenter

O btulerim tibi Mecœnas : ut forte legentem,
A ut tacitum impellat, quouis ſermone moleſtus :
C ommuni ſenſu plane caret, inquimus. eheu
Q uam temere in noſmet legem ſancimus iniquam.
N am uitijs nemo ſine naſcitur. optimus ille eſt,
Q ui minimis urgetur. amicus dulcis, ut æquum eſt,
C um mea compenſet uitijs bona : pluribus hiſce,
(S i modo plura mihi bona ſunt) inclinet : amari
S i uolet. hac lege in trutina ponetur eadem.
Q ui, ne tuberibus proprijs offendat amicum,
P oſtulat : ignoſcat uerucis illius. æquum eſt
P eccatis ueniam poſcentem, reddere rurſus.
D eniq;, quatinus excidi penitus uitium iræ,
C ætera item nequeunt ſtultis hærentia : cur non
P onderibus, moduliſ'q; ſuis ratio utitur ? ac res
V t quæq; eſt, ita ſupplicijs delicta coercet ?
S iquis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus,
S emeſos piſces, tepidum'q; lygurierit ius :
I n cruce ſuffigat : Labeone inſanior, inter
S anos dicatur. quanto hoc furioſius, atq;
M aius peccatum eſt ? paulum deliquit amicus :
Q uod niſi concedas, habeare inſuauis : acerbus
O diſti : & fugis : ut Druſonem debitor æris :
Q ui, niſi cum triſtes miſero uenêre Calendæ,
M ercedem, aut nummos unde unde extricat : amaras
P orrecto iugulo hiſtorias, captiuus ut, audit.
C omminxit lectum potus : menſa'ue catillum
E uandri manibus tritum deiecit : ob hanc rem :
A ut poſitum ante mea quia pullum in parte catini
S uſtulit eſuriens : minus hoc iucundus amicus



S it mihi ? quid faciam ? ſi furtum fecerit ? aut ſi
P rodiderit commiſſa fide ? ſponſum'ue negarit ?
Q uis paria eſſe fere placuit peccata, laborant :
C um uentum ad uerũ eſt : ſenſus, moreſ'q; repugnãt,
A tq; ipſa utilitas iuſti propè mater, & æqui.
C um prorepſerunt primis animalia terris :
M utum, & turpe pecus, glandem, atq; cubilia propter,
V nguibus, & pugnis, dein fuſtibus, atq; ita porro
P ugnabant armis : quæ poſt fabricauerat uſus.
D onec uerba, quibus uoces, ſenſuſ'q; notarent :
N omina'q; inuenere. dehinc abſiſtere bello :
O ppida cœperunt munire : & ponere leges :
N equis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.
N am fuit ante Helenam cunnus deterrima belli
C auſſa : ſed ignotis perierunt mortibus illi :
Q uos uenerem incertam rapientes more ferarum,
V iribus editior cædebat : ut in grege taurus.
I ura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt :
T empora ſi, faſtoſ'q; uelis euoluere mundi.
N ec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum :
D iuidit ut bona diuerſis, fugienda petendis,
N ec uincet ratio hoc : tantundem ut peccet, idem'q; :
Q ui teneros caules alieni fregerit horti :
E t qui nocturnus diuũm ſacra legerit. adſit
R egula : peccatis quæ pœnas irroget æquas :
N e ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.
N am ut ferula cædas meritum maiora ſubire
V erbera : non uereor : cum dicas eſſe pares res
F urta latrocinijs : & magnis parua, mineris
F alce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum

P ermittant homines. ſi diues, qui ſapiens eſt,
E t ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt Rex:
C ur optas, quod habes? non noſti quid pater, inquit,
C hryſippus dicat: ſapiens crepidas ſibi nunquam,
N ec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens. quo?
V t quamuis tacet Hermogenes: cantor tamen, atq;
O ptimus eſt modulator: ut Alfenus uafer omni
A biecto inſtrumento artis, clauſáq; taberna,
S utor erat: ſapiens operis ſic optimus omnis
E ſt opifex: ſic rex ſolus. uellunt tibi barbam
L aſciui pueri: quos tu niſi fuſte coerces:
V rgeris turba circum te ſtante: miſerq́;
R umperis: & latras magnorum maxime regum.
N e longum faciam: dum tu quadrante lauatum
R ex ibis: neq; te quiſquam ſtipator, ineptum
P ræter Criſpinum ſectabitur: & mihi dulces
I gnoſcent, ſiquid peccauero ſtultus, amici:
I nq́; uicem illorum patiar delicta libenter:
P riuatusq́; magis uiuam te Rege beatus.

## SATYRA. IIII.

Vpolis, atq; Cratinus, Ariſtophanesq́; poetæ,
e Atq; alij, quorum comœdia priſca uirorum eſt:
Siquis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Q uod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
F amoſus: multa cum libertate notabant.
H inc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus,
M utatis tantum pedibus, numeriſq́; facetus,
E munctæ naris, durus componere uerſus.
N am fuit hoc uitioſus: in hora ſæpe ducentos,



V t magnum, uerſus dictabat ſtans pede in uno.
C um flueret lutulentus: erat, quod tollere uelles,
G arrulus, atq; piger ſcribendi ferre laborem:
S cribendi recte: nam ut multum, nil moror. ecce
C riſpinus minimo me prouocat: accipe ſi uis,
A ccipe iam tabulas. detur nobis locus, hora,
C uſtodes: uideamus uter plus ſcribere poſſit.
D i bene fecerunt: inopis me, quodq́; puſilli
F inxerunt animi, raro, & per pauca loquentis.
A t tu concluſas hircinis follibus auras
V ſq; laborantes, dum ferrum molliat ignis:
V t mauis imitare. beatus Fannius, ultro
D elatis capſis, & imagine: cum mea nemo
S cripta legat, uulgo recitare timentis, ob hanc rem:
Q uod ſunt, quos genus hoc minime iuuat: utpote plures
C ulpari dignos. quemuis media erue turba:
A ut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat.
H ic nuptarum inſanit amoribus: hic puerorum:
H unc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius ære:
H ic mutat merces ſurgente à ſole ad eum, quo
V eſpertina tepet regio: quin per mala præceps
F ertur: uti puluis collectus turbine: nequid
S umma deperdat metuens: aut ampliet ut rem.
O mnes hi metuunt uerſus: odere poetas.
F œnum habet in cornu: longe fuge. dum modo riſum
E xcuciat ſibi: non hic cuiquam parcet amico.
E t quodcunq; ſemel chartis illeuerit: omnes
G eſtiet à furno redeuntes ſcire, lacuq́;
E t pueros, & anus. age dum pauca accipe contra.
P rimum ego me illorum, dederim quibus eſſe poetas,

Excerpam numero. neq; enim concludere uerſum
Dixeris eſſe ſatis: neq; ſiquis ſcribat, uti nos,
Sermoni propiora: putes hunc eſſe poetam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum: des nominis huius honorem.
Idcirco quidam Comœdia, nec ne Poema
Eſſet, quæſiuere: quod acer ſpiritus, ac uis,
Nec uerbis, nec rebus ineſt: niſi quod pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus. at pater ardens
Sæuit: quod meretrice nepos inſanit amica
Filius: uxorem grandi cum dote recuſet:
Ebrius & magnum quod dedecus, ambulet ante
Noctem cum facibus. nunquid Pomponius iſtis
Audiret leuiora: pater ſi uiueret? ergo
Non ſatis eſt puris uerſum perſcribere uerbis:
Quem ſi diſſoluas, qui uis ſtomachetur eodem,
Quo perſonatus, pacto pater. his, ego quæ nunc,
Olim quæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi
Tēpora certa, modoſq;: et quod prius ordine uerbū eſt,
Poſterius facias præponens ultima primis:
Non, ut ſi ſoluas, poſtquam diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes, portaſq; refregit:
Inuenias etiam diſiecti membra poetæ.
Hactenus hæc: aliâs iuſtum ſit necne, poema.
Nunc illud tantum quæram: meritone tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi. Sulcius acer
Ambulat, & Caprius, rauci male, cumq; libellis,
Magnus uterq; timor latronibus: at bene ſiquis,
Et uiuat puris manibus: contemnat utrunq;.
Vt ſis tu ſimilis Celi, Byriq; latronum:



Non ego ſim Capri neq; Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos:
Quis manus inſudet uulgi, Hermogeniſq; Tigelli.
Non recito cuiquam, niſi amicis, idq; coactus.
Non ubi uis, corám ue quibuſlibet. in medio qui
Scripta foro recitent, ſunt multi: quiq; lauantes:
Suaue locus uoci reſonat concluſus. inanes
Hoc iuuat, haud illud quærentes, num ſine ſenſu,
Tempore num faciant alieno. lædere gaudes
Inquis: & hoc ſtudio prauus facis. unde petitum
Hoc in me iacis? eſt autor quis denique eorum:
Vixi cum quibus? abſentem qui rodit amicum;
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamq; dicacis:
Fingere qui non uiſa poteſt: commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt: hunc tu Romane caueto.
Sæpe tribus lectis uideas cœnare quaternos:
E quibus unus auet, qua uis aſpergere cunctos,
Præter eum, qui præbet aquam: poſt hunc quoq; potus:
Condita cum uerax aperit præcordia liber.
Hic tibi comis, & urbanus, liberq; uidetur
Infeſto nigris. ego ſi riſi, quod ineptus
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Liuidus, & mordax uideor tibi? mentio ſiqua
De capitolini furtis iniecta Petilli
Te coràm fuerit: defendas, ut tuus eſt mos.
Me Capitolinus conuictore uſus, amicoq;
A puero eſt: cauſſaq; mea permulta rogatus
Fecit: & incolumis lætor quod uiuit in urbe.
Sed tamen admiror: quo pacto iudicium illud

Fugerit. hic nigræ ſucus loliginis, hæc eſt
Erugo mera: quod uitium procul abfore chartis,
Atq; animo prius, ut ſi quid promittere de me
Poſſum aliud: uere promitto. liberius ſi
Dixero quid, ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
Cum uenia dabis. inſueuit pater optimus hoc me,
Vt fugerem, exēplis uitiorum quæq; notando.
Cum me hortaretur parce, frugaliter, atq;
Viuerem uti contentus eo: quod mi ipſe paraſſet:
Non ne uides Albi ut male uiuat filius? utq;
Barus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis uelit. à turpi meretricis amore
Cum deterreret: Sectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum uenere uti
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni,
Aiebat. ſapiens uitatu, quid'q; petitu
Sit melius, cauſſas reddet tibi: mi ſatis eſt: ſi
Traditum ab antiquis morem ſeruare, tuam'q;,
Dum cuſtodis eges, uitam famam'q; tueri
Incolumem poſſim. ſimulac durauerit ætas
Membra, animum'q; tuum: nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: et ſiue iubebat
Vt facerem quid: habes autorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat.
Siue uetabat: an hoc inhoneſtum, & inutile factu
Nec ne ſit, addubites? flagret rumore malo cum
Hic, atq; ille. auidos uicinum funus ut ægros
Exanimat: mortis'q; metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena obprobria ſæpe
Abſterrent uitijs. ex hoc ego ſanus ab illis,





Perniciem quæcunque ferunt: mediocribus, et quis
Ignoſcas, uitijs teneor. fortaſſis et iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus,
Conſilium proprium. neq; enim cum lectulus, aut me
Porticus excepit: deſum mihi. rectius hoc eſt:
Hoc faciens uiuam melius: ſic dulcis amicis
Occurram: hoc quidam non belle: nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hæc ego mecum
Compreſſis agito labris. ubi quid datur oci:
Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis
Ex uitiis unum: cui ſi concedere nolis:
Multa poetarum ueniat manus: auxilio quæ
Sic mihi: nam multo plures ſumus: ac ueluti te
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

## SATYRA. V.

Greſſum magna, me excepit Aritia Roma
e Hoſpitio modico: rhetor comes Heliodorus
Græcorum longe doctiſſimus: inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Hoc iter ignaui diuiſimus, altius ac nos
Præcinctis unum: minus eſt grauis Appia tardis.
Hic ego propter aquam, quod erat deterrima, uentri
Indico bellum, cœnanteis haud animo æquo
Expectans comites. iam nox inducere terris
Vmbras, & cœlo diffundere ſigna parabat.
Tum pueri nautis, pueris conuitia nautæ
Ingerere. huc appelle: trecentos inſeris: ohe
Iam ſatis eſt. dum æs exigitur: dum mula ligatur:
Tota abit hora. mali culices, ranæq; paluſtres

A uertunt ſomnos. abſentem cantat amicam
M ulta prolutus uappa nauta, atque uiator
C ertatim. tandem feſſus dormire uiator
I ncipit: ac miſſæ paſtum retinacula mulæ
N auta piger ſaxo religat: ſtertitq́; ſupinus.
I amq́; dies aderat: cum nil procedere lintrem
S entimus: donec cerebroſus proſilit unus:
A c mulæ, nautæq́; caput, lumboſq́; ſaligno
F uſte dolat. quarta uix demum exponimur hora.
O ra, manuſq́; tua lauimus Feronia lympha.
M illia tum pranſi tria repſimus: atque ſubimus
I mpoſitum ſaxis late candentibus Anxur.
H uc uenturus erat Mecœnas optimus, atque
C occeius, miſſi magnus de rebus uterque
L egati, auerſos ſoliti componere amicos.
H ic oculis ego nigra meis collyria lippus
I llinere. interea Mecœnas aduenit, atque
C occeius, Capitoq́; ſimul Fonteius ad unguem
F actus homo, Antoni, non ut magis alter, amicus.
F undos Aufidio Luſco prætore libenter
L inquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
P rætextam, et latum clauum, prunæq́; catillum.
I n mamurrarum laſſi deinde urbe manemus,
M urena præbente domum, Capitone culinam.
P oſtera lux oritur multo gratiſſima: nanque
P locius, & Varius Sinueſſæ, Virgiliusq́;
O ccurrunt: animæ, quales neque candidiores
T erra tulit: neque quis me ſit deuinctior alter.
O' qui complexus, & gaudia quanta fuerunt.
N il ego contulerim iocundò ſanus amico.



P roxima Campano ponti quæ uillula, tectum
P ræbuit: & Parochi quæ debent, ligna, ſalemq́;.
H inc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.
L uſum it Mecœnas: dormitum ego, Virgiliusq́;:
N amq; pila lippis inimicum, & ludere crudis.
H inc nos Cocceij recipit pleniſſima uilla:
Q uæ ſupereſt Caudi cauponas. nunc mihi paucis
S armenti ſcurræ pugnam, Meſſiq; Cicerri
M uſa uelim memores: & quo patre natus uterq;
C ontulerit lites. Meſſi clarum genus Oſci:
S armenti domina extat. ab his maioribus orti
A d pugnam uenêre: prior Sarmentus, equi te
E ſſe feri ſimilem dicor. ridemus, & ipſe
M eſſius, accipio: caput & mouet. o' tua cornu
N i foret execto frons inquit: quid faceres? cum
S ic mutilus minitaris? at illi fœda cicatrix
S etoſam leui frontem turpauerat oris.
C ampanum in morbum, in faciem permulta iocatus,
P aſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat:
N il illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.
M ultas Cicerrus ad hæc: donaſſet iam ne cathenam
E x uoto laribus quærebat. ſcriba quod eſſet:
D eterius nihilo dominæ ius eſſe. rogabat
D enique cur nunquam fugiſſet: cui ſatis una
F arris libra foret, gracili ſic, tamq́; puſillo.
P rorſus iocunde cœnam produximus illam.
T endimus hinc recta Beneuentum: ubi ſedulus hoſpes
P enè macros arſit, dum turdos uerſat in igne:
N am uaga per ueterem dilapſo flamma culinam
V ulcano, ſummum properabat lambere tectum.

C onuiuas auidos cœnam, ſeruoſq; timenteis
T um rapere, atq; omneis reſtinguere uelle uideres.
I ncipit ex illo montes Apulia notos
O ſtentare mihi: quos torret Atabulus: & quos
N unquam erepſemus: niſi nos uicina Triuici
V illa recepiſſet lacrymoſo non ſine fumo,
V dos cum folijs ramos urente camino.
H ic ego mendacem ſtultiſſimus uſque puellam
A d mediam noctem expecto. ſomnus tamen aufert
I ntentum ueneri. tum immundo ſomnia uiſu
N octurnam ueſtem maculant, uentremq; ſupinum.
Q uattuor hinc rapimur, uiginti & millia, redis,
M anſuri oppidulo, quod uerſu dicere non eſt:
S ignis perfacile eſt. uenit uiliſſima rerum
H ic aqua, ſed panis longe pulcherrimus: ultro
C allidus ut ſoleat humeris portare uiator:
N am Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior urna,
Q ui locus à forti Diomede eſt conditus olim.
F lentibus hinc Varius diſcedit mœſtus amicis.
I nde Rubos feſſi peruenimus: utpote longum
C arpentes iter, & factum corruptius imbri.
P oſtera tempeſtas melior: uia peior, aduſque
B ari mœnia piſcoſi. dehinc Gnatia lymphis
I ratis extructa dedit riſuſq;, iocoſq;:
D um flamma ſine, thura liqueſcere limine ſacro
P erſuadere cupit. credat iudæus appella:
N on ego. nanq; deos didici ſecurum agere æuum:
N ec ſiquid miri faciat natura: deos id
T riſteis ex alto cœli dimittere tecto.
B runduſium longe finis chartæq;, uiæq;.



## SATYRA. VI.

On, quia Mecœnas Lydorum quicquid Hetruſcos
n Incoluit fineis, nemo generoſior eſt te:
Nec, quod auus tibi maternus fuit, atq; paternus
O lim qui magnis legionibus imperitarint:
V t pleriq; ſolent, naſo ſuſpendis adunco
I gnotos: ut me libertino patre natum.
C um referre negas, quali ſit quiſq; parente
N atus, dum ingenuus: perſuades hoc tibi uere:
A nte poteſtatem Tulli, atq; ignobile regnum,
M ultos ſæpe uiros nullis maioribus ortos,
E t uixiſſe probos, amplis & honoribus auctos.
C ontra Leuinum Valeri genus, unde ſuperbus
T arquinus regno pulſus fuit: unius aſſis
N on unquam pretio pluris licuiſſe, notante
I udice, quem noſti, populo: qui ſtultus honores
S æpe dat indignis: & famæ ſeruit ineptus:
Q ui ſtupet in titulis, & imaginibus. quid oportet
N os facere à uulgo longe, lateq; remotos?
N anq; eſto, populus Leuino mallet honorem,
Q uam Decio mandare nouo: cenſorq; moueret
A ppius, ingenuo ſi non eſſem patre natus.
V el merito, quoniam in propria non pelle quieſſem.
S ed fulgente trahit conſtrictos gloria curru
N on minus ignotos generoſis. quo tibi Tulli
S umere depoſitum clauum? fieriq; tribunum?
I nuidia accreuit: priuato quæ minor eſſet.
N am ut quiſq; inſanus nigris medium impedijt crus
P ellibus: & latum dimiſit pectore clauum:

Audit continuo, quis homo hic? aut quo patre natus?
Vt ſiqui ægrotet, quo morbo Barrus: haberi
Et cupiat formoſus: eat quacunq; : puellis
Inijciat curam quærendi ſingula: quali
Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo.
Sic qui promittit, ciues, urbem ſibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra deorum:
Quo patre ſit natus, num ignota matre inhoneſtus,
Omneis mortaleis curare, & quærere cogit.
Tu ne Syridamæ, aut Dionyſi filius, audes
Deijcere è ſaxo ciueis? aut tradere Cadmo?
At Nouius collega gradu poſt me ſedet uno.
Nanq; eſt ille, pater quod erat meus. hoc tibi Paulus,
Et Meſſala uideris. at hic ſi ploſtra ducenta,
Concurrantq; foro tria funera: magna ſonabit,
Cornua quod, uincatq; tubas. ſaltem tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc quia Mecœnas tibi ſim conuictor: at olim
Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſan honorem
Iure mihi inuideat qui uis: ita te quoq; amicum:
Præſertim cautum dignos aſſumere, praua
Ambitione procul, felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu: quod te ſortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit. optimus olim
Virgilius, poſt hunc Varius dixere, quid eſſem.
Vt ueni coràm: ſingultim pauca locutus,
Infans nanq; pudor prohibebat plura profari:
Non ego me claro natum patre, non ego circùm



Me ſatureiano uectari rura caballo,
Sed, quod eram, narro. reſpondes (ut tuus eſt mos)
Pauca: abeo: & reuocas nono poſt menſe: iubesq;
Eſſe in amicorum numero. magnum hoc ego duco:
Quod placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtum:
Non patre præclaro, ſed uita, & pectore puro.
Atqui ſi uitijs mediocribus, ac mea paucis
Mendoſa eſt natura, alioqui recta: uelut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore næuos:
Si neq; auaritiam, neq; ſordeis, ac mala luſtra
Obijciet uere quiſquam mihi: purus, & inſons.
(Vt me collaudem) ſi & uiuo carus amicis:
Cauſſa fuit pater his: qui macro pauper agello
Noluit in Flaui ludum me mittere magni:
Quo pueri magnis è centurionibus orti
Leuo ſuſpenſi loculos, tabulamq; lacerto
Ibant octonis referentes idibus æra.
Sed puerum eſt auſus Romam portare docendum
Artes: quas doceat quiuis eques, atq; ſenator
Semet prognatos. ueſtem, ſeruosq; ſequenteis
In magno ut populo ſiquis uidiſſet: auita
Ex re, præberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omneis
Circum doctores aderat. quid multa? pudicum,
Qui primus uirtutis honos: ſeruauit ab omni
Non ſolum facto, uerum obprobrio quoq; turpi:
Nec timuit, ſibi ne uitio quis uerteret, olim
Si præco paruas, aut, ut fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequerer: neq; ego eſſem quæſtus. ob hoc, nūc
Laus illi debetur, & à me gratia maior.

N il me pœniteat ſanum patris huius: eoq;
N on, ut magna dolo factum negat eſſe ſuo pars:
Q uod non ingenuos habeat, claros'q; parentes:
S ic me defendam. longe mea diſcrepat iſtis
E t uox, & ratio. nam ſi natura iuberet
A` certis annis æuum remeare peractum:
A tq; alios legere ad faſtum quoſcunq; parenteis:
O ptaret ſibi quiſq;: meis contentus honeſtos
F aſcibus, & ſellis, nolim mihi ſumere, demens
I udicio uulgi, ſanus fortaſſe tuo: quod
N ollem onus haud unquam ſolitus portare moleſtum.
N am mihi continuo maior quærenda foret res:
A tq; ſalutandi plures: ducendus'& unus,
E t comes alter: uti ne ſolus, rus'ue, peregre'ue,
E xirem: plures calones, atq; caballi
P aſcendi: ducenda petorrita. nunc mihi curto
I re licet mulo, uel, ſi libet, uſq; Tarentum:
M anticat cui lumbos onere ulceret, atq; eques armos.
O bijciet nemo ſordeis mihi: quas tibi Tulli:
C um Tyburte uia prætorem quinq; ſequuntur
T e pueri laſanum portantes, œnophorum'q;.
H oc ego commodius, quam tu præclare Senator,
M ilibus atq; alijs uiuo. quacunq; libido eſt.
I ncedo ſolus: percunctor quanti olus, ac far:
F allacem circum, ueſpertinum'q; pererro
S æpe forum: aſſiſto diuinis: inde domum me
A d porri, & ciceris refero, lagani'q; catinum.
C œna miniſtratur pueris tribus: & lapis albus
P ocula cum cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus
V ilis: cum patera guttus, campana ſupellex.



D einde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quod cras
S urgendum ſit mane: obeundus Marſia: qui ſe
V ultum ferre negat nouiorum poſſe minoris.
A d quartam iaceo: poſt hanc uagor: aut ego lecto,
A ut ſcripto, quod me tacitum iuuet. ungor oliuo:
N on quo fraudatis immundus Natta lucernis.
A ſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatum
A dmonuit: fugio rabioſi tempora ſigni.
P ranſus non auide, quantum interpellet inani
V entre diem durare: domeſticus otior. hæc eſt
V ita ſolutorum miſera ambitione, graui'q;:
H is me conſolor uicturum ſuauius: ac ſi
Q uæſtor auus, pater atq; meus, patruus'q; fuiſſent.

## SATYRA. VII.

Roſcripti regis Rupuli pus, atq; uenenum
p Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus, opinor
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe.
P erſius hic permagna negocia diues habebat
C lazomenis: etiam lites cum Rege moleſtas
D urus homo, atq; odio qui poſſet uincere Regem:
C onfidens, tumidus'q; adeo ſermonis amari:
S iſennas, Barros ut equis præcurreret albis.
A d Regem redeo. poſtquam nihil inter utrunq;
C onuenit. hoc etenim ſunt omnes iure moleſti,
Q uo fortes, quibus aduerſum bellum incidit. inter
H ectora Priamiden, animoſum atq; inter Achillem
I ra fuit capitalis: ut ultima diuideret mors:
N on aliam ob cauſſam, niſi quod uirtus in utroq;
S umma fuit. duo ſi diſcordia uexat inerteis:

A ut ſi diſparibus bellum incidat : ut Diomedi
C um lycio Glauco : diſcedet pigrior ultro
M uneribus miſſis. Bruto prætore tenente
D item Aſiam, Rupili, & Perſi par pugnat : uti non
C ompoſitus melius cum Bitho Bacchius : in ius
A cres procurrunt, magnum ſpectaculum uterq;.
P erſius exponit cauſſam : ridetur ab omni
C onuentu : laudat Brutum : laudatq; cohortem.
S olem Aſiæ Brutum appellat : ſtellaſq; ſalubreis
A ppellat comites, excepto Rege : canem illum
I nuiſum agricolis ſydus ueniſſe : ruebat
F lumen ut hybernum, fertur quo rara ſecuris.
T um præneſtinus ſalſo, multumq; fluenti
E xpreſſa arbuſto regerit conuitia, durus
V indemator, & inuictus, cui ſæpe uiator
C eſſiſſet, magna compellans uoce cucullum.
A t græcus, poſtquam eſt Italo perfuſus aceto,
P erſius : exclamat : per magnos Brute deos te
O ro : qui reges conſueris tollere : cur non
H unc Regẽ iugulas? operum hoc (mihi crede) tuorũ ẽ.

## SATYRA. VIII.

o Lim truncus eram ficulnus, inutile lignum :
Cũ faber incertus ſcamnum, faceret'ne Priapũ :
Maluit eſſe deum : deus ĩde ego furum, auiumq;
M axima formido : nam fures dextra coercet,
O bſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus :
A ſt importunas uolucres in uertice arundo
T erret fixa : uetatq; nouis conſidere in hortis.
H uc prius anguſtis eiecta cadauera cellis



C onſeruus uili portanda locabat in arca.
H oc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum,
P antalabo ſcurræ, Nomentanoq; nepoti :
M ille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
H ic dabat : hæredes monimentum ne ſequerentur.
N unc licet æſquilijs habitare ſalubribus : atq;
A ggere in aprico ſpaciari : quo modo triſtes
A lbis informem ſpectabant oſſibus agrum.
C um mihi non tantum fureſq;, feræq; ſuetæ
H unc uexare locum, curæ ſunt, atq; labori :
Q uantum, carminibus quæ uerſant, atq; uenenis
H umanos animos. has nullo perdere poſſum,
N ec prohibere modo, ſimulac uaga Luna decorum
P rotulit os : quin oſſa legant, herbaſq; nocenteis.
V idi egomet nigra ſuccinctam uadere palla
C anidiam pedibus nudis, paſſoq; capillo,
C um Sagana maiore ululantem pallor utraſq;
F ecerat horrendas aſpectu ſcalpere. terram
V nguibus, & pullam diuellere mordicus agnam
C œperunt. cruor in foſſam confuſus : ut inde
M aneis elicerent animas reſponſa daturas.
L anea & effigies erat, altera cerea : maior
L anea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.
C erea ſuppliciter ſtabat ſeruilibus, utq;
I am peritura, modis. hecaten uocat altera, ſæuam
A ltera Tiſiphonen. ſerpentes, atq; uideres
I nfernas errare canes : Lunamq; rubentem,
N e foret his teſtis : poſt magna latere ſepulchra.
M entior at ſiquid : merdis caput inquiner albis
C oruorum : atq; in me ueniat mictum, atq; cacatum

I ulius, & fragilis Pedatia, furq; Voranus.
S ingula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
V mbræ cum Sagana reſonarent triſte, & acutum?
V tq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ
A bdiderint furtim terris? & imagine cerea
L argior arſerit ignis? & ut non teſtis inultus
H orruerim uoces furiarum, & facta duarum?
N am, diſploſa ſonat quantum ueſica, pepedi
D iffiſa nate ficus. at illæ currere in urbem.
C anidiæ denteis, altum Saganæ caliendrum
E xcidere, atq; herbas, atq; incantata lacertis
V incula, cum magno riſuq;, iocoq; uideres.

## SATYRA. IX.

Bam forte uia ſacra (ſicut meus eſt mos)
i Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis.
Occurrit quidam notus mihi nomine tantum,
A rreptaq; manu, quid agis dulciſſime rerum?
S uauiter, ut nūc eſt, inquā: & cupio omnia, quæ uis.
C um aſſectaretur: nunquid uis occupo? at ille
N oris nos? inquit. docti ſumus. hic ego pluris
H oc inquam mihi eris. miſere diſcedere quærens
I re modo ocyus: interdum conſiſtere: in aurem
D icere neſcio quid puero: cum ſudor ad imos
M anaret talos. o te Bollane cerebri
F elicem aiebam tacitus. cum quidlibet ille
G arriret: uicos, urbem laudaret: ut illi
N il reſpondebam: miſere cupis inquit abire,
I andudum uideo: ſed nil agis: uſq; tenebo.
P erſequar hinc. quo nunc iter eſt tibi? nil opus eſt te



C ircumagi: quendam uolo uiſere, non tibi notum:
T rans tyberim longe cubat is prope Cæſaris hortos.
N il habeo, quod agam: et non ſum piger. uſq; ſequar te.
D emitto auriculas: ut iniquæ mentis aſellus,
C um grauius dorſo ſubijt onus. incipit ille.
S i bene me noui, non Viſcum pluris amicum,
N on Varium facies. nam quis me ſcribere plureis,
A ut citius poſſit uerſus? quis membra mouere
M ollius? inuideat quod & Hermogenes, ego canto.
I nterpellandi locus hic erat. eſt tibi mater?
C ognati? quis te ſaluo eſt opus? haud mihi quiſquam.
O mnes compoſui felices. nunc ego reſto.
C onfice. nanq; inſtat fatum mihi triſte: Sabella
Q uod puero cecinit, diuina mota anus urna.
H unc neq; dira uenena nec hoſticus auferet enſis,
N ec laterum dolor, aut tuſſis, nec tarda podagra.
G arrulus hunc quando conſumet cunq;: loquaceis
S i ſapiat uitet: ſimulac adoleuerit ætas.
V entum erat ad Veſtæ quarta iam parte diei
P ræterita: & caſu tunc reſpondere uadato
D ebebat: quod ni feciſſet: perdere litem.
S i me amas, inquit, paulum hic ades. inteream, ſi
A ut ualeo ſtare: aut noui ciuilia iura:
E t propero quo ſcis. dubius ſum, quid faciam, inquit:
T e ne relinquam an rem. me ſodes. non faciam ille.
E t præcedere cœpit. ego, ut contendere durum eſt:
C um uictore ſequor. mecœnas quo modo tecum
H inc repetit paucorum hominum, & mentis bene ſanæ?
N emo dexterius fortuna eſt uſus. Haberes
M agnum adiutorem: poſſet qui ferre ſecundas:

H unc hominem ſi uelles tradere. diſpeream ni
S ummoſſes omnets. non iſto uiuimus illic,
Q uo tu rere, modo. domus hac nec purior ulla eſt:
N ec magis his aliena malis. nil mi officit unquam:
D itior hic, aut eſt quia doctior. eſt locus uni
C uiq; ſuus. magnum narras, uix credibile. atqui
S ic habet. accendis, quare cupiam magis illi
P roximus eſſe. uelis tantummodo: quæ tua uirtus,
E xpugnabis. & eſt qui uinci poſſit: eoq;
D ifficiles aditus primos habet. haud mihi deero:
M uneribus ſeruos corrumpam: non, hodie ſi
E xcluſus fuero, deſiſtam: tempora quæram:
O ccurram in triuijs: deducam. nil ſine magno
V ita labore dedit mortalibus. hæc dum agit: ecce
F uſcus Ariſtius occurrit mihi carus: & illum
Q ui pulchre noſſet. conſiſtimus: unde uenis? &
Q uo tendis? rogat: & reſpondet. uellere cœpi:
E t prenſare manu lentiſſima brachia, nutans,
D iſtorquens oculos: ut me eriperet. male ſalſus
R idens diſſimulare. meum iecur urere bilis.
C erte neſcio quid ſecreto uelle loqui te
A iebas mecum. memini bene: ſed meliori
T empore dicam: hodie triceſſima ſabbata. uin tu
C urtis iudæis oppedere? nulla mihi inquam
R elligio eſt. At mi: ſum paulo infirmior unus
M ultorum: ignoſces: aliâs loquor. huncine ſolem
T am nigrum ſurrexe mihi. fugit improbus: ac me
S ub cultro linquit. caſu uenit obuius illi
A duerſarius: & quo tu turpiſſime? magna
E xclamat uoce: & licet antestari? ego uero



O ppono auriculam. rapit in ius. clamor utrinque:
V ndique concurſus: ſic me ſeruauit Apollo.

## SATYRA. X.

Empe incompoſito dixi pede currere uerſus
n Lucili. quis tam Lucili fautor inepte eſt?
Vt non hoc fateatur? at idem, quod ſale multo
V rbem defricuit: charta laudatur eadem.
N ec tamen hoc tribuens, dederim quoq; cætera. nã ſic
E t laberi mimos, ut pulchra poemata, mirer.
E rgo non ſatis eſt riſu diducere rictum
A uditoris: & eſt quædam tamen hic quoq; uirtus.
E ſt breuitate opus: ut currat ſententia: neu ſe
I mpediat uerbis laſſas onerantibus aures.
E t ſermone opus eſt modo triſti', ſæpe iocoſo,
D efendente uicem modo rhetoris, atque poetæ,
I nterdum urbani parcentis uiribus, atque
E xtenuantis eas conſulto. ridiculum acri
F ortius, & melius magnas plerunq; ſecat res.
I lli, ſcripta quibus comœdia priſca uiris eſt:
H oc ſtabant: hoc ſunt imitandi: quos neque pulcher
H ermogenes unquam legit, neque ſimius iſte
N il præter Caluum & doctus cantare Catullum.
A t magnum fecit: quod uerbis græca latinis
M iſcuit. o ſeri ſtudiorum, quid ne putatis
D ifficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
C ontigit? at ſermo lingua concinnus utraque
S uauior: ut chio nota ſi commiſta falerni eſt.
C um uerſus facias, teipſum percunctor: an & cum

Dura tibi peragenda rei ſit cauſſa Petilli?
Scilicet oblitus patriæq́; patriſq́; latini
Cum Pedius cauſſas exudet publicola, atque
Coruinus: patrijs intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis.
Atque ego cum græcos facerem natus mare citra
Verſiculos: uetuit me tali uoce Quirinus
Poſt mediam noctem uiſus, cum ſomnia uera:
In ſyluam non ligna feras inſanius: ac ſi
Magnas græcorum malis implere cateruas.
Turgidus Alpinus, iugulat dum Memnona: dumq́;
Defingit Rheni luteum caput. hæc ego ludo:
Quæ nec in æde ſonent certantia iudice Tarpa:
Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda Theatris.
Arguta meretrice potes, Dauoq́; Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Vnus uiuorum Fundani. Polio regum
Facta canit. pede ter percuſſo forte epos acer
Vt nemo, Varius ducit. molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure camœnæ.
Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino,
Atque quibuſdam alijs, melius quod ſcribere poſſem
Inuentore minor: neque ego illi detrahere auſim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, ſæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age quæſo,
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?
Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci?
Non ridet uerſus Enni grauitate minores,
Cum de ſe loquitur non ut maiore reprenſis?

Quid uetat



Quid uetat, & noſmet Lucili ſcripta legentes
Quærere: num illius, num rerum dura negarit
Verſiculos natura magis factos, & euntes
Mollius? at ſiquis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum uerſus: totidem cœnatus: Hetruſci
Quale fuit Caſſi rapido feruentius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſq́;
Ambuſtum proprijs. fuerit Lucilius inquam
Comis & urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis, & Græcis intacti carminis autor:
Quamq́; poetarum ſeniorum turba: ſed ille
Si foret hoc noſtrum fato dilatus in æuum:
Detereret ſibi multa: recideret omne, quod ultra
Perfectum traheretur: & in uerſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet: uiuos & roderet ungues.
Sæpe ſtilum uertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus: neq; te ut miretur turba labores,
Contentus paucis lectoribus. an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego: nam ſatis eſt equitem mihi plaudere: ut audax
Contemptis alijs, exploſa Arbuſcula dixit.
Men moueat cimex Pantilius? aut cruciet? quod
Vellicet abſentem Demetrius? aut quod ineptus
Fannius Hermogenis lædat conuiua Tigelli?
Plotius, & Varius, Mecœnas, Virgiliusq́;,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atq;
Fuſcus: & hæc utinam Viſcorum laudet uterq;.
Ambitione relegata te dicere poſſum
Pollio, te Meſſala tuo cum fratre, ſimulq́;

ſ

V os Bibuli, & Serui, ſimul his te candide Furni:
C omplureis alios, doctos ego quos, & amicos
P rudens prætereo: quibus hæc, ſint qualiacunque,
A rridere uelim, doliturus ſi placeant ſpe
D eterius noſtra. Demetri, teq́; Tigelli
D iſcipulorum inter iubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello.

## Q. HORATII FLACCI SERMONVM LIBER SECVNDVS.

## SATYRA PRIMA.

ſ VNT, QVIBVS IN SATYRA
uidear nimis acer: & ultra
Legem tendere opus. ſine neruis
altera quidquid
Compoſui pars eſſe putat: ſimileis'q;
meorum
M ille die uerſus deduci poſſe. Trebati,
Q uid faciam, præſcribe. quieſcas. ne faciam, inquis,
O mnino uerſus? aio. peream male, ſi non
O ptimum erat: uerum nequeo dormire. ter uncti
T ransnanto Tyberim, ſomno quibus eſt opus alto:
I rriguum'q; mero ſub noctem corpus habento.
A ut, ſi tantus amor ſcribendi te rapit: aude
C æſaris inuicti res dicere, multa laborum
P ræmia laturus. cupidum pater optime uires
D eficiunt: neq; enim quiuis horrentia pilis



A gmina, nec fracta pereunteis cuſpide Gallos,
A ut labentis equo deſcribet uulnera Parthi.
A ttamen & iuſtum poteras, & ſcribere fortem
S cipiadam, ut ſapiens Lucilius. haud mihi deero,
C um res ipſa feret. niſi dextro tempore Flacci
V erba per attentam non ibunt Cæſaris aurem.
C ui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.
Q uanto rectius hoc: quàm triſti ledere uerſu
P antolabum ſcurram, Nomentanum'q; nepotem
C um ſibi quiſque timet: quamquã eſt intactus: et odit.
Q uid faciam? ſaltat Milonius: ut ſemel icto
A ceſſit feruor capiti, numerus'q; lucernis.
C aſtor gaudet equis: ouo prognatus eodem,
P ugnis. quot capitum uiuunt, totidem ſtudiorum
M illia. me pedibus delectat claudere uerba
L ucili ritu, noſtrum melioris utroque.
I lle uelut fidis arcana ſodalibus olim
C redebat libris: neq;, ſi male geſſerat unquam:
D ecurrens aliò: neq; ſi bene. quo fit: ut omnis
V otiua pateat ueluti deſcripta tabella,
V ita ſenis. ſequor hunc Lucanus an Appulus, anceps:
N am Venuſinus arat finem ſub utrunq; colonus,
M iſſus ad hoc, pulſis (uetus eſt ut fama) Sabellis,
Q uo ne per uacuum Romano incurreret hoſtis:
S iue quod Appula gens, ſeu quod Lucania bellum
I ncuteret uiolenta. ſed hic ſtilus haud petet ultro
Q uenquam animantem: & me ueluti cuſtodiet enſis
V agina tectus. quem cur diſtringere coner
T utus ab infeſtis latronibus? ó pater, & rex
I uppiter ut pereat poſitum rubigine telum

N ec quiſquam noceat cupido mihi pacis. at ille,
Q ui me commorit (melius non tangere clamo)
F lebit: & inſignis tota cantabitur urbe.
C eruius iratus leges minitatur, & urnam:
C anidia Albuti, quibus eſt inimica, uenenum:
G rande malum Turius, ſiquis ſe iudice certet.
V t quo quiſq; ualet ſuſpectos terreat: utq;
I mperet hoc natura potens: ſic collige mecum.
D ente lupus, cornu taurus petit. unde, niſi intus
M onſtratum? ſcæuæ uiuacem crede nepoti
M atrem: nil faciet ſceleris pia dextera. mirum:
V t neq; calce lupus quenquam, neq; dente petit bos.
S ed mala tollet anum uitiato melle cicuta.
N e longum faciam, ſeu me tranquilla ſenectus
E xpectat: ſeu mors atris circumuolat alis:
D iues, inops, Romæ, ſeu fors ita iuſſerit, exul,
Q uiſquis erit uitæ ſcribam color. o' puer, ut ſis
V italis metuo, & maiorum nequis amicus
F rigore te feriat. quid cum eſt Lucilius auſus
P rimus in hunc operis componere carmina morem?
D etrahere & pellem, nitidus qua quiſq; per ora
C ederet, introrſum turpis? num Lælius, aut qui
D uxit ab oppreſſa meritum Carthagine nomen
I ngenio offenſi? aut læſo doluere Metello?
F amoſiſq; Lupo cooperto uerſibus? atqui
P rimores populi arripuit, populumq; tributim,
S cilicet uni æquus uirtuti, atq; eius amicis.
Q uin, ubi ſe à uulgo, & ſcena. in ſecreta remorant
V irtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Læli:
N ugari cum illo, & diſcincti ludere, donec



D ecoqueretur holus, ſoliti. quidquid ſum ego, quamuis
I nfra Lucili cenſum, ingeniumq;, tamen me
C um magnis uixiſſe inuita fatebitur uſque
I nuidia: & fragili quærens illidere dentem,
O ffendet ſolido. niſi quid tu docte Trebati
D iſſentis: equidem nihil huic diffingere poſſum.
S ed tamen ut monitus caueas, ne forte negoci
I ncutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.
S i mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt,
I udiciumq;. eſto, ſiquis mala: ſed bona ſiquis
I udice condiderit laudatur Cæſare: ſiquis
O bprobrijs dignum latrauerit integer ipſe:
S oluentur riſu tabulæ: tu miſſus abibis.

## SATYRA .II.

Væ uirtus, & quãta boni ſit uiuere paruo:
q Nec meus hic ſermo eſt: ſed quem præcepit
Ofellus
R uſticus, anormis, ſapiens, craſſaq; Minerua:
D iſcite non inter lances, menſaſq; nitentes:
C um ſtupet inſanis acies fulgoribus: & cum
A cclinis falſis animus, meliora recuſat:
V erum hic impranſi mecum diſquirite. cur hoc?
D icam ſi potero. male uerum examinat omnis
C orruptus iudex. leporem ſectatus, equoue
L aſſus ab indomito, uel ſi Romana fatigat
M ilitia aſſuetum græcari: ſeu pila uelox,
M olliter auſterum ſtudio fallente laborem,
S eu te diſcus agit: pete cedentem aera diſco.
C um labor extuderit faſtidia: ſiccus, inanis

S perne cibum uilem: niſi hymettia mella falerno
N e biberis diluta. foris eſt promus: & atrum
D efendens piſces hyemat mare. cum ſale panis
L atrantem ſtomachum bene leniet. unde putas? aut
Q ui partum? non in caro nidore uoluptas
S umma, ſed in te ipſo eſt. tu pulmentaria quære
S udando. pinguem uitijs, albumq́; nec oſtrea,
N ec Scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.
V ix tamen eripiam poſito pauone, uelis quin
H oc potius, quàm gallina tergere palatum,
C orruptus uanis rerum: quia ueneat auro
R ara auis: & picta pandat ſpectacula cauda,
T anquam ad rē attineat quidquam num ueſceris iſta,
Q uam laudas, pluma? coctó'num adeſt honor idem?
C arne tamen quamuis diſtat nihil hac magis illa:
I mparibus formis deceptum te patet. eſto,
V nde datum ſentis, lupus hic tyberinus, an alto
C aptus hiet, pontes ne inter iactatus, an amnis
H oſtia ſub tuſci? laudas inſane trilibem
M ulum: in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.
D ucit te ſpecies uideo. quo pertinet ergo
P roceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
M aiorem natura modum dedit: his breue pondus.
I eiunus ſtomachus raro uulgaria temnit.
P orrectum magno magnum ſpectare catino
V ellem ait harpyijs gula digna rapacibus. at uos
P ræſentes auſtri coquite horum obſonia: quamuis
P utet aper, rhombusq; recens: mala copia quando
A egrum ſollicitat ſtomachum: cum rapula plenus,
A tq; acidas mauult inulas. nec dum omni abacta



P auperies epulis regum. nam uilibus ouis,
N igrisq; eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
G alloni præconis erat acipenſere menſa
I nfamis. quid, tum rhombos minus æquora alebant?
T utus erat rhombus, tutoq́; ciconia nido:
D onec uos autor docuit prætorius. ergo
S iquis nunc mergos ſuaueis edixerit aſſos:
P arebit praui docilis Romana iuuentus.
S ordidus à tenui uictu diſtabit Ofello
I udice. nam fruſtra uitium uitaueris illud:
S i te aliò prauum detorſeris. Auidienus,
C ui canis ex uero dictum cognomen adhæret:
Q uinquenneis oleas eſt, & ſylueſtria corna:
A c niſi mutatum parcit diffundere uinum: &
C uius odorem olei nequeas perferre: licebit
I lle repotia, nataleis, alioś ue dierum
F eſtos albatus celebret: cornu ipſe bilibri
C aulibus inſtillat ueteris non parcus aceti.
Q uali igitur uictu ſapiens utetur? & horum
V trum imitabitur? hac urget lupus: hac canis angit.
M undus erit, qui non offendat ſordibus: atque
I n neutram partem cultus miſer. hic neque ſeruis
A lbuti ſenis exemplo, dum munia didit:
S æuus erit: nec ſic ut ſimplex Neuius, unctam
C óuiuis præbebit aquam, uitium hoc quoq; magnum.
A ccipe nunc uictus tenuis quæ quantaq; ſecum
A fferat: in primis ualeas bene: nam uariæ res
V t noceant homini credas, memor illius eſcæ,
Q uæ ſimplex olim tibi ſederit. ad ſimul aſſis
M iſcueris elixa: ſimul conchylia turdis:

Dulcia ſe in bilem uertent: ſtomachoq́; tumultum
Lenta feret pituita. uides, ut pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? quin corpus honuſtum
Heſternis uitijs animum quoq; prægrauat unà:
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.
Alter, ubi dicto citius, curata ſopori
Membra dedit: uegetus præſcripta ad munia ſurgit.
Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam:
Siue diem feſtum rediens adduxerit annus:
Seu recreare uolet tenuatum corpus: ubiq́;
Accedent anni: & tractari mollius ætas
Imbecilla uolet. tibi quidnam accedet ad iſtam,
Quam puer & ualidus præſumis, molliciem? ſeu
Dura ualetudo incaderit, ſeu tarda ſenectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia naſus
Illis nullus erat: ſed credo hac mente, quod hoſpes
Tardius adueniens, uitiatum commodius, quàm
Integrum edax dominus conſumeret. hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.
Das aliquid famæ? quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam. grandes rhombi, patinæq́;
Grande ferunt unà cum damno dedecus. adde
Iratum patruum, uicinos, te tibi iniquum,
Et fruſtra mortis cupidum, cum decrit egenti
Aes, laquei pretium. iure inquit Traſius iſtis
Iurgatur uerbis. ego uectigalia magna,
Diuitiasq́; habeo tribus amplas regibus. ergo
Quod ſuperat, non eſt melius quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe caræ



Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi recte ſemper erunt res?
O magnus poſt hac inimicis riſus. uter nam
Ad caſus dubios fidet ſibi certius? hic, qui
Pluribus aſſuerit mentem, corpusq́; ſuperbum?
An, qui contentus paruo, metuensq́; futuri,
In pace ut ſapiens aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego paruus Ofellum
Integris opibus noui, non latius uſum
Quam nunc acciſis. uideas metato in agello
Cum pecore, & gnatis fortem mercede colonum,
Non ego narrantem, temere edi in luce profeſta
Quidquam præter holus fumoſæ cum pede pernæ.
At mihi cum longum poſt tempus uenerat hoſpes:
Siue operum uacuo gratus conuiua per imbrem
Vicinus: bene erat, non piſcibus urbe petitis,
Sed pullo, atq; hœdo: tum penſilis uua ſecundas,
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra:
Ac uenerata Ceres, ut culmo ſurgeret alto,
Explicuit uino contractæ ſeria frontis.
Sæuiat, atq; nouos moueat fortuna tumultus:
Quantū hinc imminuet? quanto aut ego parcius, aut uos
O pueri nituiſtis? ut huc nouus incola uenit?
Nam propriæ telluris herum natura neq; illum,
Nec me, nec quenquam ſtatuit. nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut uafri inſcitia iuris,
Poſtremum expellet certe uiuacior hæres.
Nunc ager Vmbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: ſed cedet in uſum

N unc mihi, nunc alij. quo circa uiuite fortes:
F ortiáq; aduerſis opponite pectora rebus.

## SATYRA. III.

ſ Ic raro ſcribis, ut toto non quater anno
Membranã poſcas, ſcriptorũ quæq; retexens,
Iratus tibi, quod uini, ſomniq; benignus
N il dignum ſermone canas. quid fiet? ab ipſis
S aturnalibus huc fugiſti. ſobrius ergo
D ic aliquid dignum promiſſis: incipe: nil eſt:
C ulpantur fruſtra calami: immeritusq; laborat
I ratis natus paries Dijs, atq; poetis.
A tqui uultus erat multa, & præclara minantis,
S i uacuum tepido cepiſſet uillula tecto.
Q uorſum pertinuit ſtypare Platona Menandro?
E upolin, Archilochum comites educere tantos?
I nuidiam placare paras uirtute relicta?
C ontemnere miſer. uitanda eſt improba Siren
D eſidia: aut quidquid uita meliore paraſti,
P onendum æquo animo. di te Damaſippe, deæq;
V erum ob conſilium donent tonſore. ſed unde
T am bene me noſti? poſtquam oĩs res mea Ianum
A d medium fracta eſt: aliena negocia curo
E xcuſſus proprijs. olim nam quærere amabam
Q uo uafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære:
Q uid ſcalptum infabre, quid fuſum durius eſſet.
C allidus huic ſigno ponebam millia centum:
H ortos, egregiasq; domos, mercarier unus
C um lucro noram. unde frequentia mercuriale
I mpoſuere mihi cognomen compita. noui:



E t morbi miror purgatum te illius. atqui
E mouit ueterem mire nouus: ut ſolet, in cor
T raiecto lateris miſeri, capitisq; dolore:
V t lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urget.
D um nequid ſimile huic, eſto ut libet. o bone ne te
F ruſtrere: inſanis & tu: ſtultiq; propè omnes:
S iquid Stertinius ueri crepat: unde ego mira
D eſcripſi docilis præcepta hæc, tempore, quo me
S olatus iuſſit ſapientem paſcere barbam:
A tq; à Fabricio non triſtem ponte reuerti.
N am male re geſta cum uellem mittere operto
M e capite in flumen: dexter ſtetit: & caue faxis
T e quidquam indignum. pudor inquit te malus urget:
I nſanos qui inter uereare inſanus haberi?
P rimum nam inquiram, q̃d ſit furere: hoc ſi erit in te
S olo: nil uerbi, pereas quin fortiter, addam.
Q uem mala ſtultitia, & quæcunq; inſcitia ueri
C æcum agit: inſanum Chryſippi porticus, & grex
A utumat. hæc populos. hæc magnos formula reges,
E xcepto ſapiente, tenet. nunc accipe quare
D eſipiant omnes, æque ac tu: qui tibi nomen
I nſano poſuere. uelut ſyluis, ubi paſſim
P alanteis error certo de tramite pellit:
I lle ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit. unus utriq;
E rror: ſed uarijs illudit partibus. hoc te
C rede modo inſanum: nihilo ut ſapientior ille,
Q ui te deridet, caudam trahat. eſt genus unum
S tultitiæ nihilum metuenda timentis: ut igneis,
V t rupeis, fluuiosq; in campo obſtare queratur.
A lterum & huic uarium, et nihilo ſapientius, igneis

P er medios fluuioſq; ruentis. clamet amicæ,
M ater, honeſta ſoror, cum cognatis, pater, uxor,
H ic foſſa eſt ingens: hic rupes maxima: ſerua:
N on magis audierit: quàm Fuſius ebrius olim,
C um Ilionam edormit: Catienis mille ducentis
M ater te appello, clamantibus. huic ego uulgum
E rrori ſimilem cunctum inſanire docebo.
I nſanit ueteres ſtatuas Damaſippus emendo.
I nteger eſt mentis Damaſippi creditor? eſto:
A ccipe, quod nunquam reddas mihi, ſi tibi dicam:
T u'ne inſanus eris, ſi acceperis? an magis excors
R eiecta præda. quam præſens Mercurius fert?
S cribe decem Nerio: non eſt ſatis: adde Cicutæ
N odoſi tabulas: centum, mille adde cathenas:
E ffugiet tamen hæc ſceleratus uincula Proteus.
C um rapies in iura malis ridentem alienis:
F iet aper: modo auis: modo ſaxũ: et cũ uolet, arbor.
S i male rem gerere inſani eſt: contra, bene ſani:
P utidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli
D ictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis.
A udire, atq; togam iubeo componere, quiſquis
A mbitione mala, aut argenti pallet amore:
Q uiſquis luxuria, triſti'ue ſuperſtitione,
A ut alio mentis morbo calet: huc propius me,
D um doceo inſanire omneis, uos ordine adite.
D anda eſt hellebori multo pars maxima auaris:
N eſcio an anticyram ratio illis deſtinet omnem.
H æredes Staberi ſummam incidere ſepulchro.
N i ſic feciſſent: gladiatorum dare centum
D amnati populo paria, atq; epulum, arbitrio Arri,



F rumenti quantum metit Africa. ſiue ego praue,
S eu recte, hoc uolui: ne ſis patruus mihi. credo
H oc Staberi prudentem animum uidiſſe. quid ergo
S enſit cum ſummam patrimoni inſculpere ſaxo
H æredes uoluit? quoad uixit, credidit ingens
P auperiem uitium: & cauit nihil acrius: ut ſi
F orte minus locuples uno quadrante periret:
I pſe uideretur ſibi nequior. omnis enim res,
V irtus, fama, decus, diuina, humana'q; pulchris
D iuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille
C larus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam & rex,
E t quidquid uolet. hoc ueluti uirtute paratum
S perauit magnæ laudi fore. quid ſimile iſti
G ræcus Ariſtippus? qui ſeruos proijcere aurum
I n media iuſſit Libya: quia tardius irent
P ropter onus ſegnes. uter eſt inſanior horum?
N il agit exemplum litem quod lite reſoluit.
S iquis emat citharas, emptas comportet in unum,
N ec ſtudio citharæ, nec muſæ deditus ulli:
S i ſcalpra, & formas non ſutor: nautica uela
A uerſus mercaturis: delirus, & amens,
V ndiq; dicatur merito. quid diſcrepat iſtis,
Q ui nummos, aurum'q; recondit, neſcius uti
C ompoſitis, metuens'q; uelut contingere ſacrum?
S iquis ad ingentem frumenti ſemper aceruum,
P orrectus uigilet cum longo fuſte: neq; illinc
A udeat eſuriens dominus contingere granum:
A c potius folijs parcus ueſcatur amaris:
S i poſitis intus Chij, ueteris'q; Falerni
M ille cadis, nihil eſt, tercentum millibus, acre

P otet acetum: ago, ſi & ſtramentis incubet unde.
O ctoginta annos natus, cui ſtragula ueſtis,
B lattarum, ac tinearum epulæ putreſcat in arca:
N imirum inſanus paucis uideatur: eo quod
M axima pars hominum morbo iactatur eodem.
F ilius, aut etiam libertus ut ebibat hæres:
D is inimicæ ſenex cuſtodis? ne tibi deſit?
Q uantulum enim ſummæ curtabit quiſq; dierum?
V ngere ſi caules oleo meliore, caputq;
C œperis impexa fœdum porrigine? quare,
S iquid uis ſatis eſt: periuras, ſurripis, aufers
V ndiq;? tun ſanus? populum ſi cædere ſaxis
I ncipias, ſeruos'ue tuos, quos ære pararis:
I nſanum te omnes pueri, clament'q; puellæ.
C um laqueo uxorem interimis, matrem'q; ueneno:
I ncolumi capite es? quid enim? neq; tu hoc facis Argis,
N ec ferro: ut demens genitricem occidit oreſtes.
A n tu reris eum occiſa inſaniſſe parente?
A c non ante malis dementem actum furijs? quàm
I n matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
Q uin ex quo eſt habitus male tutæ mentis Oreſtes:
N il ſanè fecit, quod tu reprendere poſſis:
N on Pyladen ferro uiolare, auſus'ue ſororem
E lectram: tantum male dicit utriq;, uocando
H anc furiam, hunc aliud, iuſſit quod ſplendida bilis.
P auper Opimius argenti poſiti intus, & auri,
Q ui Veientanum feſtis potare diebus
C ampana ſolitus Trulla, uappam'q; profeſtis:
Q uondam lethargo grandi eſt oppreſſus: ut hæres
I am circum loculos, & clauers lætus, ouans'q;



C urreret. hunc medicus multum celer, atq; fidelis
E xcitat hoc pacto: menſam poni iubet: atq;
E ffundi ſaccos nummorum: accedere plurers
A d numerandum: hominem ſic erigit. addit et illud,
N i tua cuſtodis: auidus iam hoc auferet hæres.
M en uiuo? ut uiuas igitur uigila. hoc age. quid uis?
D eficient inopem uenæ te: ni cibus, atq;
I ngens accedat ſtomacho fultura ruenti.
T u ceſſas? age dum ſume hoc Ptiſanarium Orizæ.
Q uanti emptæ? paruo. quanti ergo? octuſſibus. eheu
Q uid refert morbo, an furtis, peream'ne rapinis?
Q uiſnam igitur ſanus? qui non ſtultus. quid auarus?
S tultus & inſanus. quid ſiquis non ſit auarus:
C ontinuo ſanus? minime. cur Stoice? dicam.
N on eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
H ic æger, recte eſt igitur? ſurget'q;? negabit:
Q uod latus, aut renes morbo tententur acuto.
N on eſt periurus, neq; ſordidus. immolet æquis
H ic porcum laribus. uerum ambitioſus, & audax.
N auiget Anticyram. quid enim differt? Barathro'ne
D ones quidquid habes? an unquam utare paratis?
S eruius Oppidius Canuſi duo prædia diues
A ntiquo cenſu, natis didiſſe duobus
F ertur: & hoc moriens pueris dixiſſe uocatis
A d lectum: poſtquam te talos Aule, nuces'q;
F erre ſinu laxo, donare, & ludere uidi:
T e Tyberi numerare: cauis abſcondere triſtem.
E xtimui, ne uos ageret ueſania diſcors:
T u Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.
Q uare per diuos oratus uterq; penaters,

Tu caue ne minuas: tu ne maius facias id,
Quod ſatis eſſe putat pater: & natura coercet.
Prætereane uos titillet gloria, iure
Iurando obſtringam ambos: uter ædilis fuerit, uel
Veſtrum prætor: is inteſtabilis, & ſacer eſto.
In cicere, atq; faba, bona tu perdasq; lupinis,
Lætus ut in circo ſpaciere, aut æneus ut ſtes,
Nudus agris, nudus nummis inſane paternis?
Scilicet ut plauſus, quos fert Agrippa, feras tu
Aſtuta ingenuum uulpes imitata leonem?
Nequis humaſſe uelit Aiacem Atrida uetas cur?
Rex ſum. nil ultra quæro plebeius. & æquam
Rem imperito: ac ſicui uideor non iuſtus, inulto
Dicere, quæ ſentit, permitto. maxime regum
Di tibi dent capta claſſem deducere Troia:
Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit?
Conſule. cur Aiax heros ab Achille ſecundus
Putreſcit, toties ſeruatis clarus Achiuis?
Gaudeat ut populus Priami, Priamusq; inhumato:
Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulchro?
Mille ouium inſanus morti dedit, inclytum Vlyſſem,
Et Menelaum unà mecum ſe occidere clamans.
Tu cum pro uitula ſtatuis dulcem Aulide natam
Ante aras: ſpargisq; mola caput improbe ſalſa:
Rectum animi ſeruas? quorſum? inſanus qd eni Aiax
Fecit, cum ſtrauit ferro pecus? abſtinuit uim
Vxore, & gnato, mala multa precatus Atridis:
Non ille aut Teucrum, aut ipſum uiolauit Vlyſſem.
Verum ego, ut hærentes aduerſo littore naues
Eriperem: prudens placaui ſanguine diuos.

Nempe tuo



Nempe tuo furioſe? meo, ſed non furioſus.
Qui ſpecies alias ueri, ſceleris'q; tumultu
Permiſtas capiet, commotus habebitur: atq;
Stultitia ne erret, nihilum diſtabit, an ira.
Aiax immeritos dum occidit, deſipit, agnos?
Cum prudens ſcelus ob titulos admittis inanes:
Stas animo? & purũ eſt uitio tibi, cum tumidũ eſt cor?
Siquis lecticã nitidam geſtare amet Agnam:
Huic ueſtem ut gnatæ, paret ancillas: paret aurum:
Rufam, aut puſillam appellet: fortiq; marito
Deſtinet uxorem: interdicto huic omne adimat ius
Prætor: & ad ſanos abeat tutela propinquos.
Quod ſiquis gnatam pro muta deuouet Agna:
Integer eſt anim? ne dixeris. ergo ubi praua
Stultitia: hic eſt ſumma inſania. qui ſceleratus,
Et furioſus erit: quem cepit uitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc age luxuriam, et Nomentanum arripe mecum.
Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.
Hic ſimul accepit patrimoni mille talenta:
Edicit, piſcator uti, pomarius, auceps,
Vnguentarius, ac tuſci turba impia uici,
Cum ſcurris fartor, cum uelabro omne macellum,
Mane domum ueniant. quid tum? uenêre frequentes.
Verba facit leno, quidquid mihi, quidquid & horum
Cuiq; domi eſt: id crede tuũ: uel nunc pete, uel cras.
Accipe quid contra iuuenis reſponderit æquus.
In niue lucana dormis ocreatus: ut aprum
Coenem ego: tu piſces hyberno ex æquore uellis:
Segnis ego, indignus qui tantum poſſideam: aufer:

S ume tibi decies: tibi tantundem: tibi triplex,
V nde uxor media currat de nocte uocata.
F ilius Aeſopi detractam ex aure Metellæ,
S cilicet ut decies ſolidum exorberet: aceto
D iluit inſignem baccam: qui ſanior, ac ſi
I llud idem in rapidum flumen, iaceret'ue cloacam.
Q uinti progenies Arri, par nobile fratrum,
N equitia & nugis, prauorum & amore Gemellum,
L uſcinias ſoliti impenſo prandêre coemptas.
Q uorſum abeant ſani? creta an carbone notandi?
A edificare caſas, ploſtello adiungere mures,
L udere par impar, equitare in arundine longa,
S iquem delectet barbatum: amentia uerſet.
S ic puerilius his ratio eſſe euincet amare:
N ec quidquam differre: utrum'ne in puluere trimus
Q uale prius ludas opus: an meretricis amore
S ollicitus plores. quæro facias'ne, quod olim
M utatus Polemon? ponas inſignia morbi,
F aſciolas, cubitale, focalia: potus ut ille
D icitur ex collo furtim carpſiſſe coronas:
P oſtquam eſt impranſi correptus uoce magiſtri.
P orrigis irato puero cum poma: recuſat.
S ume Catelle: negat. ſi non des: optat. amator
E xcluſus qui diſtat? ait ubi ſecum, eat, an non,
Q uo rediturus erat non arceſſitus: & hæret
I nuiſis foribus. nec nunc cum me uocet ultro
A ccedam? an potius mediter finire dolores?
E xcluſit: reuocat, redeam? non ſi obſecret. ecce
S eruus non paulo ſapientior, o' here, quæ res
N ec modum habet, neq; conſilium, ratione, modo'q;



T ractari non uult. in amore hæc ſunt mala, bellum,
P ax rurſum. hæc ſiquis tempeſtatis propè ritu
M obilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret
R eddere certa: ſibi nihilo plus explicet: ac ſi
I nſanire paret certa ratione, modo'q;
Q uid? cum picenis excerpens ſemina pomis
G audes: ſi cameram percuſſti forte: penes te es?
Q uid cum balba feris annoſo uerba palato?
A edificante caſas qui ſanior? adde cruorem
S tultitiæ: atq; ignem gladio ſcrutare: modo inquam
H ellade percuſſa Marius cum præcipitat ſe:
C eritus fuit? an commotæ crimine mentis
A bſolues hominem, & ſceleris damnabis eundem,
E x more imponens cognata uocabula rebus?
L ibertinus erat, qui circum compita ſiccus
L autis mane ſenex manibus currebat: & unum
Q uoddam magnum addens, unum me ſurpite morti,
D is etenim facile eſt, orabat ſanus utriſq;
A uribus, atq; oculis: mentem, niſi litigioſus,
E xciperet dominus, cum uenderet. hoc quoq; uulgus
C hryſippus ponit fœcunda in gente Meneni.
I uppiter ingentes qui das, adimis'q; dolores:
M ater ait pueri menſes iam quinq; cubantis,
F rigida ſi puerum quartana reliquerit: illo
M ane die, quo tu indicis ieiunia: nudus
I n Tyberi ſtabit. caſus, medicus'ue leuarit
A egrum, ex præcipiti: mater delira necabit
I n gelida fixum ripa: febrim'q; reducet.
Q uo'ne malo mentem concuſſa? timore deorum.
H æc mihi Stertinius ſapientum octauus amico

A rma dedit: poſthac ne compellarer inultus.
D ixerit inſanum qui me, totidem audiet: atq;
R eſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.
S toicæ poſt damnum ſic uendas omnia pluris:
Q ua me ſtultitia (quoniam non eſt genus unum)
I nſanire putas? ego nam uideor mihi ſanus.
Q uid? caput abſciſſum demens cum portat Agaue
G nati infelicis: ſibi tum furioſa uidetur?
S tultum me fateor (liceat concedere ueris)
A tq; etiam inſanum: tantum hoc ediſſere, quo me
A egrotare putes animi uitio. accipe: primum
A edificas: hoc eſt longos imitaris, ab imo
A d ſummum totus moduli bipedalis: & idem
C orpore maiorem rides Turbonis in armis
S piritum, & inceſſum: qui ridiculus minus illo?
A n quodcunq; facit Mecœnas: te quoq; uerum eſt,
T anto diſſimilem, & tanto certare minorem?
A bſentis ranæ pullis uituli pede preſſis,
V nus ubi effugit: matri denarrat: ut ingens
B ellua cognatos eliſerit. illa rogare,
Q uanta'ne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet.
M aior dimidio? num tanto? cum magis, atque
S e magis inflaret: non, ſi te ruperis, inquit,
P ar eris. hæc à te non multum abludit imago.
A dde poemata nunc: hoc eſt oleum adde camino:
Q uæ ſiquis ſanus fecit: ſanus facis & tu.
N on dico horrendam rabiem, iam deſine cultum
M aiorem cenſu. teneas Damaſippe tuis te:
M ille puellarum, puerorum mille furores.
O' maior tandem parcas inſane minori.



SATYRA. IIII.

u Nde, et quo Catius? non eſt mihi tempus Auenti
Ponere ſigna nouis præceptis: qualia uincunt
Pythagorã, Anytiq; reum, doctumq; Platona.
P eccatum fateor: cum te ſic tempore leuo
I nterpellarim: ſed des ueniam bonus oro.
Q uod ſi interciderit tibi nunc aliquid: repetes mox.
S iue eſt naturæ hoc, ſiue artis, mirus utroque.
Q uin id erat curæ: quo pacto cuncta tenerem:
V t pote res tenues, tenui ſermone peractas.
E de hominis nomen: ſimul an Romanus an hoſpes.
I pſa memor præcepta canam: cœlabitur autor.
L onga quibus, facies ouis erit: illa memento,
V t ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
P onere: nanq; marem cohibent calloſa uitellum.
C aule ſuburbano, qui ſiccis creuit in agris
D ulcior. irriguo nihil eſt elutius horto.
S i ueſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes
N e gallina malum reſponſet dura palato.
D octus eris uiuam muſto merſare falerno.
H oc teneram faciet. pratenſibus optima fungis
N atura eſt: alijs male creditur. ille ſalubres
A eſtates peraget: qui nigris prandia moris
F iniet: ante grauem quæ legerit arbore ſolem.
A ufidius forti miſcebat mella fallerno
M endoſe: quoniam uacuis committere uenis,
N il niſi lene decet. leni præcordia mulſo
P rolueris melius. ſi dura morabitur aluus:
M utilus, & uiles pellent obſtantia conchæ,

Et lapathi breuis herba, ſed albo non ſine coo.
Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ.
Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.
Murice baiano melior lucrina Peloris.
Oſtrea Circæis, Miſeno oriuntur Echini.
Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.
Nec ſibi cœnarum, qui uis temere arroget artem:
Ni prius exacta tenui ratione ſaporum.
Nec ſatis eſt cara piſceis auertere menſa,
Ignarum quibus eſt ius aptius: & quibus aſſis
Languidus in cubitum iam ſe conuiua reponet.
Vmber, & iligna nutritus glande, rotundas
Curuet aper lanceis carnem uitantis inertem.
Nam laurens malus eſt, uluis, & arundine pinguis.
Vinea ſummittit capreas non ſemper eduleis.
Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.
Piſcibus, atq; auibus, quæ natura, & foret ætas:
Ante meum nulli patuit quæſita palatum.
Sunt quorum ingenium noua tantũ cruſtula promit.
Nequaquam ſatis in re una conſumere curam.
Vt ſiquis ſolum hoc mala ne ſint uina laboret,
Quali perfundat piſceis ſecurus oliuo.
Maſſica ſi cœlo ſupponas uina ſereno:
Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura:
Et decedet odor neruis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino uitiata ſaporem.
Surrentina uafer, qui miſcet fece falerna
Vina: columbino limum bene colligit ouo:
Quatenus ima petit, uoluens aliena uitellus.
Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & afra



Potorem coclea. nam lactuca innatat acri
Poſt uinum ſtomacho: perna magis, ac magis hillis,
Flagitat in morſus refici: quin omnia malit,
Quæcunq; immundis feruent allata popinis.
Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere iuris
Naturam. ſimplex è dulci conſtat oliuo:
Quod pingui miſcere mero, muriáq; decebit,
Non alia, quam quæ byzantia putruit orca.
Hoc ubi confuſum ſectis inferbuit herbis:
Corycióq; croco ſparſum ſtetit: inſuper addes
Preſſa uena franæ, quod baca remiſit oliuæ.
Picenis cedunt pomis tyburtia ſucco:
Nam facie præſtant. uenucula conuenit ollis.
Rectius albanam fumo durauerit uuam.
Hanc ego cum malis, ego fecem primus, & alec,
Primus & inueni piper album, cum ſale nigro
Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.
Immane eſt uitium, dare millia terna macello:
Anguſtóq; uagos piſces urgere catino.
Magna mouent ſtomacho faſtidia, ſeu puer unctis
Tractauit calicem manibus: dum furta ligurit:
Siue grauis ueteri crateræ limus adhæſit.
Vilibus in ſcopis, in mapis, in ſcobe, quantus
Conſiſtit ſumptus? neglectis flagitium ingens.
Ten' lapides uarios lutulenta radere palma:
Et tyrias dare circum illota toralia ueſteis:
Oblitum quanto curam, ſumptúmq; minorem
Hæc habeant: tanto reprendi iuſtius illis:
Quæ, niſi diuitibus nequeunt contingere menſis?
Docte Cati per amicitiam, diuoſq; rogatus

D ucere me auditum, perges quocunq;, memento.
N am quamuis referas memori mihi pectore cuncta:
N on tamen interpres tantundem iuueris. adde
V ultum, habitumq́; hominis: quem tu uidiſſe beatus
N on magnipendis: quia contigit: at mihi cura
N on mediocris ineſt fontes ut adire remotos,
A tq; haurire queam uitæ præcepta beatæ.

## SATYRA. V.

Oc quoq; Tireſia præter narrata petenti
h Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res
Artibus, atq; modis. quid rides? iam ne doloſo
N on ſatis eſt Ithacam reuehi: patriosq́; penates
A ſpicere? ó nulli quidquam mentite, uides ut
N udus, inopsq́; domum redeam te uate: neq; illic,
A ut apotheca procis intacta eſt, aut pecus. atqui
E t genus, & uirtus, niſi cum re, uilior alga eſt.
Q uando pauperiem miſſis ambagibus horres:
A ccipe, qua ratione queas diteſcere. turdus,
S iue aliud priuum dabitur tibi: deuolet illuc:
R es ubi magna nitet domino ſene. dulcia poma,
E t quoſcunq; feret cultus tibi fundus honores,
A nte larem guſtet uenerabilior lare diues.
Q ui quamuis periurus erit, ſine gente, cruentus
S anguine fraterno, fugitiuus: ne tamen illi
T u comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.
V is ne tegam ſpurco Damæ latus? haud ita Troiæ
M e geſſi certans ſemper melioribus. ergo
P auper eris. fortem hoc animum tolerare iubebo.
E t quondam maiora tuli. tu protinus, unde



D iuitias, ærisq́; ruam, dic augur, aceruos.
D ixi equidem: & dico: captes aſtutus ubiq;
T eſtamenta ſenum: neu ſi uafer unus, & alter
I nſidiatorem præroſo fugerit hamo:
A ut ſpem deponas: aut artem illuſus omittas,
M agna minorúe foro ſi res certabitur olim:
V iuet uter locuples ſine gnatis, improbus ultro
Q ui meliorem audax uocet in ius: illius eſto
D efenſor. fama ciuem, cauſſáq; priorem
S perne: domi ſi gnatus erit, fœcundáue coniux.
Q uinte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles
A uriculæ) tibi me uirtus tua fecit amicum.
I us anceps noui: cauſſas defendere poſſum.
E ripiet quiuis oculos citius mihi: quam te
C ontemptum caſſa nuce pauperet. hæc mea cura eſt:
N e quid tu perdas: neu ſis iocus. ire domum, atq;
P elliculam curare iube. fis cognitor ipſe.
P erſta, atq; obdura: ſeu rubra canicula findet
I nfantes ſtatuas: ſeu pingui tentus omaſo
F urius hybernas cana niue conſpuet alpes.
N ońne uides? aliquis cubito ſtantem propè tangens
I nquiet: ut patiens, ut amicis aptus, ut acer.
P lures annabunt thunni: et cetaria creſcent.
S i cui præterea ualidus male filius in re
P ræclara ſublatus aletur: ne manifeſtum
C œlibis obſequium nudet te: leniter in ſpem
A rrepe officioſus: ut et ſcribare ſecundus
H æres: &, ſiquis caſus puerum egerit horco:
I n uacuum uenias. perraro hæc alea fallit.
Q ui teſtamentum tradet tibi cunq; legendum.

Abnuere, & tabulas à te remouere memento:
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima ſecundo
Cera uelit uerſu. ſolus, multis ne cohæres
Veloci percurre oculo. plerunq; recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum deludet hiantem:
Captatorq́; dabit riſus Naſicæ Corano.
Num furis? an prudens ludis me, obſcura canendo?
O' Laertiade quidquid dicam, aut erit, aut non.
Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen iſta uelit ſibi fabula, ſi licet, ede.
Tempore quo iuuenis parthis horrendus ab alto
Demiſſum genus Aenea, tellure, mariq;
Magnus erit: forti nubet procêra Corano
Filia Naſicæ metuentis reddere ſoldum.
Tum gêner hoc faciet: tabulas ſocero dabit: atq;
Vt legat, orabit. multum Naſica negatas
Accipiet tandem: & tacitus leget. inuenietq́;
Nil ſibi legatum, præter plorare, ſuiśq;.
Illud ad hæc iubeo: mulier ſi forte doloſa,
Libertus ue ſenem delirum temperet: illis
Accedas ſocius: laudes: lauderis ut abſens.
Adiuuat hoc quoq;: ſed uincit longe prius ipſum
Expugnare caput. ſcribet mala carmina uecors:
Laudato. ſcortator erit: caue te roget: ultro
Penelopen facilis potiori trade. putás ne,
Perduci poterit, tam frugi, tamq́; pudica?
Quam nequiere proci recto depellere curſu.
Venit enim magnum donandi parca iuuentus:
Nec tantum ueneris quantum ſtudioſa culinæ.
Sic tibi Penelope frugi eſt. quæ ſi ſemel uno



De ſene guſtarit tecum partita lucellum:
Vt canis à corio nunquam abſterrebitur uncto.
Me ſene quod, dicam, factum eſt. anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata: cadauer
Vnctum oleo largo nudis humeris tulit hæres:
Scilicet elabi ſi poſſet mortua: credo,
Quod nimium inſtiterat uiuenti. cautus adito:
Ne deſis operæ: ne'ue immoderatus abundes.
Difficilem, & moroſum offendet garrulus. ultro
Non etiam ſileas. dauus ſis comicus: atque
Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.
Obſequio graſſare: mone, ſi increbuit aura:
Cautus uti uelet carum caput: extrahe turba
Oppoſitis humeris. aurem ſubſtringe loquaci.
Importunus amat laudari. donec ohe iam
Ad cœlum manibus ſublatis dixerit: urge: &
Creſcentem tumidis infla ſermonibus utrem.
Cum te ſeruitio longo, curáq; leuarit:
Et certum uigilans, quartæ ſit partis Vlyſſes
Audieris hæres. ergo nunc Dama ſodalis
Nuſquam eſt? unde mihi tam fortem, tamq́; fidelem?
Sparge ſubinde: & ſi paulum potes, illacrymare. eſt
Gaudia prodentem uultum cælare. ſepulchrum
Commiſſum arbitrio ſine ſordibus extrue. funus
Egregie factum laudet uicinia. ſiquis
Forte cohæredum ſenior male tuſſiet: huic tu
Dic, ex parte tua ſeu fundi, ſiue domus ſit
Emptor, gaudentem nummo te addicere. ſed me
Imperioſa trahit Proſerpina: uiue ualeq́;.

## SATYRA. VI.

Oc erat in uotis: modus agri non ita magnus,
h Hortus ubi, & tecto uicinus iugis aquæ fons,
Et paulum ſyluæ ſuper his foret. auctius, atque
Di melius fecere. bene eſt. nihil amplius oro
Maia nate: niſi ut propria hæc mihi munera faxis:
Si neq; maiorem feci ratione mala rem:
Nec ſum facturus uitio, culpa'ue minorem:
Si ueneror ſtultus nihil horum: O'ſi angulus ille
Proximus accedat: qui nunc deformat agellum:
O'ſi urnam argenti fors qua mihi monſtret: ut illi
Theſauro inuento, qui mercenarius agrum
Illum ipſum mercatus arauit diues amico
Hercule: ſiquod adeſt, gratum iuuat: hac prece te oro
Pingue pecus domino facias, & cætera, præter
Ingenium: utq; ſoles, cuſtos mihi maximus adſis.
Ergo ubi me in monteis, & in arcem ex urbe remoui:
Quid prius illuſtrem ſatyris, muſáq; pedeſtri?
Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auſter,
Autumnusq; grauis, libitinæ queſtus acerbæ.
Matutine pater, ſeu Iane libentius audis,
Vnde homines operum primos, uitæq; labores
Inſtituunt (ſic dis placitum) tu carminis eſto
Principium. Romæ ſponſorem me rapis: eia
Ne prior officio quiſquam reſpondeat: urge.
Siue aquilo radit terras: ſeu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit: ire neceſſe eſt:
Poſt modo, quod mi obſit clare, certumq; locuto.
Luctandum in turba: facienda iniuria tardis.



Quid uis inſane, & quas res agis? improbus urget
Iratis precibus. tu pulſes omne, quod obſtat,
Ad Mecœnatem memori ſi mente recurras.
Hoc iuuat: & melli eſt: non mentiar. at ſimul atras
Ventum eſt Aeſquilias: aliena negocia centum
Per caput, & circa ſaliunt latus. ante ſecundam
Roſcius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras.
De re communi ſcribæ magna, atq; noua te
Orabant hodie meminiſſes Quinte reuerti.
Imprimat his cura Mecœnas ſigna tabellis.
Dixeris experiar: ſi uis, potes addit: & inſtat.
Septimus octauo propior iam fugerit annus:
Ex quo Mecœnas me cœpit habere ſuorum
In numero: duntaxat ad hoc, quem tollere reda
Vellet iter faciens: & cui concredere nugas,
Hoc genus. hora quota eſt? thrax eſt Gallina Syro par?
Matutina parum cautos iam frigora mordent.
Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus ſubiectior in diem, & horam
Inuidiæ: noſter ludos ſpectauerat una':
Luſerat in campo: fortunæ filius omnes.
Frigidus a' roſtris manat per compita rumor.
Quicunq; obuius eſt, me conſulit: o' bone (nam te
Scire, deos quoniam propius contingis: oportet)
Nunquid de Dacis audiſti? nil equidem. ut tu
Semper eris deriſor ad omneis. di exagitent me:
Si quidquam. quid? militibus promiſſa, triquetra
Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?
Iurantem me ſcire nihil mirantur, ut unum
Scilicet egregij mortalem, altiq; ſilenti.

Perditur hæc inter miſero lux, non ſine uotis.
O'rus, quando ego te aſpiciam? quandoq́; licebit,
Nunc ueterum libris, nunc ſomno, & inertibus horis
Ducere ſollicitæ iocunda obliuia uitæ?
O' quando faba Pythagoræ cognata, ſimulq́;
Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O' noctes, cœnæq; deûm: quibus ipſe, meiq;
Ante larem proprium ueſcor: uernasq; procaces
Paſco libatis dapibus, prout cuiq; libido eſt,
Siccat inæquales calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis: ſeu quis capit acria fortis
Pocula: ſeu modicis humeſcit lætius. ergo
Sermo oritur, non de uillis, domibus'ue alienis:
Nec male necne lepos ſaltet: ſed quod magis ad nos
Pertinet: & neſcire malum eſt, agitamus: utrum'ne
Diuitijs homines, an ſint uirtute beati:
Quid ue ad amicitias, uſus, rectum'ne trahat nos:
Et quæ ſit natura boni: ſummumq́; quid eius.
Ceruius hæc inter uicinus garrit aniles
Ex re fabellas: nam ſiquis laudat Arelli
Sollicitus ignarus opes: ſic incipit. Olim
Ruſticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepiſſe cauo, ueterem uetus hoſpes amicum,
Aſper, & attentus quæſitis. ut tamen arctum
Solueret hoſpitijs animum: quid multa? neq; illi
Sepoſiti ciceris, nec longæ inuidit auenæ:
Aridum & ore ferens acinum, ſemeſaq́; lardi
Fruſta dedit, cupiens uaria faſtidia cœna
Vincere, tangentis male ſingula dente ſuperbo:
Cum pater ipſe domus palea porrectus in horna



Eſſet ador, loliumq́;, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc, quid te iuuat inquit amice
Prærupti nemoris patientem uiuere dorſo?
Vis tu homines, urbemq́; feris præponere ſyluis?
Carpe uiam (mihi crede) comes: terreſtria quando
Mortales animas uiuunt ſortita: neq; ulla eſt,
Aut magno, aut paruo leti fugit. quo bone circa
Dum licet, in rebus iocundis uiue beatus:
Viue memor, quam ſis æui breuis. hæc ubi dicta
Agreſtem pepulere: domo leuis exilit. inde
Ambo propoſitum peragunt iter, urbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iamq́; tenebat
Nox medium cœli ſpatium: cum ponit uterq;
In locuplete domo ueſtigia: rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet ueſtis eburnos:
Multaq́; de magna ſupereſſent fercula cœna:
Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo ubi purpurea porrectum in ueſte locauit
Agreſtem: ueluti ſuccinctus curſitat hoſpes:
Continuatq́; dapes: necnon uernaliter ipſis
Fungitur officijs, prælambens omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte: bonisq́;
Rebus agit lætum conuiuam: cum ſubito ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit utrunq;.
Currere per totum pauidi conclaue: magisq́;
Exanimes trepidare: ſimul domus alta moloſſis
Perſonuit canibus. tum ruſticus, haud mihi uita
Eſt opus hac, ait: & ualeas. me ſylua, cauusq́;
Tutus ab inſidijs tenui ſolabitur eruo.

## SATYRA. VII.

Andudum auſculto: et cupiens tibi dicere ſeruus
i Pauca, reformido. Dauus'ne? ita Dauus, amicum
Mancipium domino, et frugi, qđ ſit ſatis, hoc ē,
Vt uitale putes. age, libertate decembri,
(Quando ita maiores uoluerunt) utere: narra.
Pars hominum uitijs gaudet conſtanter: & urget
Propoſitum: pars multa natat, modo recta capeſſens,
Interdum prauis obnoxia. ſæpe notatus
Cum tribus anellis, modo leua Priſcus inani
Vixit inæqualis: clauum ut mutaret in horas:
Aedibus ex magnis ſubito ſe conderet: unde
Mundior exiret uix libertinus honeſte.
Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, poſtquam illi iuſta chiragra
Contudit articulos: qui pro ſe tolleret, atq;
Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna
Conductum pauit. quanto conſtantior idem
In uitijs: tanto leuius miſer, ac prior ille:
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
Non dices hodie quorſum hæc tam putida tendant
Furcifer? ad te inquam. quo pacto peſſime? laudas
Fortunam, & mores antiquæ plebis: & idem
Siquis ad illa deus ſubito te agat: uſq; recuſes:
Aut quia non ſentis, quod clamas, rectius eſſe:
Aut quia non firmus rectum defendis: & hæres,
Nequidquam cœno cupiens euellere plantam.
Romæ rus optas: abſentem ruſticus urbem





Tollis ad caſtra leuis. ſi nuſquam es forte uocatus
Ad cœnam: laudas ſecurum holus: ac uelut uſquam
Vinctus eas: ita te felicem dicis: amasq́;:
Quod nuſquam tibi ſit potandum. iuſſerit ad ſe
Mecœnas ſerum ſub lumina prima uenire
Conuiuam: nemo n' oleum feret ocyus? ecquis
Audit? cum magno blateras clamore: fugisq;.
Miluius, & ſcurræ tibi non referenda precati
Diſcedunt. etenim fateor, me dixerit ille
Duci uentre leuem: naſum nidore ſupinor
Imbecillus, iners, ſim quid uis, adde popino.
Tu cum ſis, quod ego, & fortaſſis nequior: ultro
Inſectere uelut melior? uerbisq́; decoris
Obuoluas uitium? quid ſi me ſtultior ipſo
Quingentis empto drachmis deprenderis? aufer
Me uultu terrere: manum, ſtomachumq́; teneto:
Dum quæ, Criſpini docuit me ianitor, edo.
Te coniunx aliena capit. meretricula Dauum.
Peccat uter noſtrum cruce dignius? acris ubi me
Natura incendit: ſub clara nuda lucerna
Quæcunq; excepit turgentis uerbera caudæ:
Clunibus aut agitauit equum laſciua ſupinum:
Dimittit neque famoſum, neq; ſollicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris meiat eodem.
Tu cum proiectis inſignibus, annulo equeſtri,
Romanoq́; habitu, prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obſcurante lacerna:
Non es quod ſimulas? metuens induceris: atque
Alteracante libidinibus tremis oſſa pauore.
Quid refert uri uirgis? ferroq́; necari?

Auctoratus eas? an turpi clauſus in arca,
Quo te demiſit peccati conſcia herilis
Contractum: genibus tangas caput? eſt'ne marito
Matronæ peccantis in ambos iuſta poteſtas?
In corruptorem uel iuſtior? illa tamen ſe
Non habitu, mutat'ue loco: peccat'ue ſuperne,
Cum te formidet mulier: neque credat amanti.
Ibis ſub furcam prudens: dominoq́; furenti,
Committes rem omnem, et uitam, et cū corpore famā.
Euaſti. credo metues: doctusq́; cauebis.
Quæres quando iterum paueas: iterumq́; perire
Poſſis o toties ſeruus. quæ bellua ruptis,
Cum ſemel effugit: reddit ſe praua catenis?
Non ſum mœchus ais. neq; ego hercule fur: ubi uaſa
Prætereo ſapiens argentea. tolle periclum:
Iam uaga proſiliet frenis natura remotis.
Tu'ne mihi dominus, rerum imperijs, hominumq́;
Tot, tantisq́; minor? quem ter uindicta, quaterq́;
Impoſita haud unquam miſera formidine priuet?
Adde ſupradictis: quod non leuius ualeat. nam
Siue uicarius eſt, qui ſeruo paret: uti mos
Veſter ait: ſeu conſeruus: tibi quid ſum ego? nempe
Tu, mihi qui imperitas, alijs ſeruis miſer: atque
Duceris, ut neruis alienis mobile lignum.
Quis nam igitur liber? ſapiens: ſibi qui imperioſus:
Quē neq; pauperies, neq; mors, neq; uincula terrent.
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, et in ſeipſo totus teres, atq; rotundus:
Externi nequid ualeat per leue morari.
In quem manca ruit ſemper fortuna. potes'ne



Ex his, ut proprium quid noſcere? quinq; talenta
Poſcit te mulier: uexat: foribusq́; repulſum
Perfundit gelida. rurſus uocat. eripe turpi
Colla iugo, liber. liber ſum, dic age. non quis.
Vrget enim dominus mentem non lenis: et acres
Subiectat laſſo ſtimulos: uerſatq́; negantem.
Vel cum pauſiaca torpes inſane tabella:
Qui peccas minus? atq; ego? cum Fului, Rutubæq́;,
Aut Placidiani contento poplite miror
Prælia rubrica picta, aut carbone: uelut ſi
Re uera pugnent: feriant: uitentq́; mouentes
Arma uiri. nequam, et ceſſator Dauus: at ipſe
Subtilis ueterum iudex, et callidus audis.
Nil ego, ſi ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus atq; animus cœnis reſponſat opimis.
Obſequium uentris mihi pernitioſius eſt cur?
Tergo plector enim. qui tu impunitior? illa,
Quæ paruo ſumi nequeunt cum obſonia captas.
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ:
Illuſiq; pedes uitioſum ferre recuſant
Corpus. an hic peccat, ſub noctem qui puer uuam
Furtiua mutat ſtrigili? qui prædia uendit:
Nil ſeruile gulæ parens habet? adde, quod idem
Non horam tecum eſſe potes: non otia recte
Ponere: teq́; ipſum uitas fugitiuus, ut erro,
Iam uino quærens, iam ſomno fallere curam,
Fruſtra: nam comes atra premit, ſequiturq́; fugacem.
Vnde mihi lapidem? quorſum ē opus? unde ſagittas?
Aut inſanit homo: aut uerſus facit. ocyus hinc te
Ni rapis: accedas opera agro nona Sabino.

## SATYRA. VIII.

T Naſidieni iuuit te cœna beati?
u Nam mihi quærẽti conuiuã, dictus here illic
De medio potare die. Sic, ut mihi nunquam
I nuitæ fuerit melius. da, ſi graue non eſt:
Q uæ prima iratum uentrem placauerit eſca.
I n primis lucanus aper, leni fuit auſtro
C aptus, ut aiebat cœnæ pater. acria circum
R apula, lactucæ, radices, qualia laſſum
P eruellunt ſtomachum, ſiſer, alec, fecula coa.
H is ubi ſublatis, puer alte cinctus, acernam
G auſape purpureo menſam perterſit: & alter
S ublegit quodcunq; iaceret inutile: quodq;
P oſſet cœnanteis offendere: ut attica uirgo
C um ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes
C ecuba uina ferens, Alcon chium maris expers.
H ic herus, albanum Mecœnas, ſiue falernum
T e magis appoſitis delectat: habemus utrunq;.
D iuitias miſeras. Siquis cœnantibus unà
F undani pulchre fuerit tibi, noſſe laboro.
S ummus ego, & propè me Viſcus turinus, & infra,
S i memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
V ibidius: quos Mecœnas adduxerat umbras.
N omentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra,
R idiculus totas ſimul abſorbere placentas.
N omentanus ad hoc, qui ſiquid forte lateret,
I ndice monſtraret digito. nam cætera turba,
N os inquam, cœnamus aueis, conchylia, piſceis



L onge diſſimilem noto celantia ſuccum.
V t uel continuo patuit: cum paſſeris, atque
I nguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.
P oſt hoc me docuit Melimella rubere minorem
A d lunam delecta. quid hoc interſit: ab ipſo
A udieris melius. tum Vibidius Balatroni,
N os niſi damnoſæ bibimus: moriemur inulti.
E t calices poſcunt maiores. uertere pallor
T um Parochi faciem nil ſic metuentis, ut acreis
P otores: uel quod maledicunt liberius: uel
F eruida quod ſubtile exſurdant uina palatum.
I nuertunt Aliphanis uinaria tota
V ibidius, Balatroq;, ſecutis omnibus imis.
C onuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.
A ffertur ſquillas inter Murena natanteis
I n patina porrecta. ſub hoc herus, hæc grauida inq̃t
C apta eſt, deterior poſt partum carne futura.
H is mustum ius eſt oleo, quod prima Venafri
P reſſit cella: garo de ſuccis piſcis Iberi,
V ino quinquenni, uerum citra mare nato,
D um coquitur: cocto chium ſic conuenit: ut non
H oc magis ullum aliud: pipere albo, non ſine aceto,
Q uod Methymnæam uitio mutauerat uuam.
E rucas uirideis, inulas ego primus amaras
M onſtraui incoquere, illutos Cortillus Echinos,
V t melius muria q̃ teſta marina remittat.
I nterea ſuſpenſa graueis aulæa ruinas
I n patinam fecere trahentia pulueris atri,
Q uantum non Aquilo campanis excitat agris.
N os maius ueriti, poſtquam nihil eſſe pericli

S enſimus:erigimur.Rufus poſito capite,ut ſi
F ilius immaturus obiſſet: flere.quis eſſet
F inis? ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
T olleret.heu fortuna,quis eſt crudelior in nos
T e deus?ut ſemper gaudes illudere rebus
H umanis.V arius mappa compeſcere riſum
V ix poterat.Balatro ſuſpendens omnia naſo,
H æc eſt conditio uiuendi aiebat:eóq;
R eſponſura tuo nunquam eſt par fama labori.
T é ne,ut ego accipiar laute,torquerier omni
S ollicitudine diſtrictum? ne panis aduſtus,
N e male conditum ius apponatur?ut omnes
P ræcincti recte pueri,comptíq; miniſtrent?
A dde hos præterea caſus:aulæa ruent ſi:
V t modo: ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
S ed conuiuatoris,uti ducis,ingenium res
A duerſæ nudare ſolent:cælare ſecundæ.
N aſidienus ad hæc:tibi di,quæcunq; preceris,
C ommoda dent: ita uir bonus es,conuiuáq; comis.
E t ſoleas poſcit.tum in lecto quoque uideres
S tridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros.
N ullos his mallem ludos ſpectaſſe: ſed illa
R edde age,quæ deinceps riſiſti.Vibidius dum
Q uærit de pueris,num ſit quoq; fracta lagæna?
Q uod ſibi poſcenti non dentur pocula:dumq́;
R idetur fictis rerum Balatrone:ſecundo
N aſidiene redis mutatæ frontis,ut arte
E mendaturus fortunam.deinde ſecuti
M azonomo pueri magno diſcerpta ferentes.
M embra grauis ſparſi ſale multo,non ſine farre,



P inguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi,
E t leporum auulſos,ut multo ſuauius,armos,
Q uàm ſi cum lumbis quis edat.tum pectore aduſto
V idimus & merulas poni,& ſine clune palumbes.
S uauis res,ſi non cauſſas narraret earum,et
N aturas dominus: quem nos ſic fugimus ulti,
V t nihil omnino guſtaremus: uelut illis
C anidia afflaſſet peior ſerpentibus afris.

FINIS.

# MARII SERVII CEN-
# TIMETRVM.

## CLARISSIMO VIRO ALBINO MARIVS SERVIVS. S.

t IBI HVNC LIBELLVM
prætextato uidelicet decus urbis Al-
bine deuoui. Nam licet patris auiq;
quibus maximam reuerentiam literæ
debent, quotidie urgearis exemplo:
ibiq; pubeſcas, quo uelut ad muſarum ſacra uenitur:
non tamen cælo ſuo tantum numina perferuntur: ſed
ſæpe humileis lucos, ac uilia pauperum tecta ſubie-
runt. Quare laboris mei uelim faueas uoto: indulge-
as audaciæ: quod ſi ſecus ceſſerit: in cupiditatem deuo
tionis interpretabor euentum placendi: licet audacter,
non tamen indignanter hunc libellum, qui uoluerit:
centimetrum nominabit. Tot enim metrorum genera
digeſſi, quãta potui breuitate rationem omittens. Quo
quidem quodq; naſcatur ex genere: qua ſcanſionum dĩ
uerſitate cædatur: quæ res plus confuſionis, quàm uti
litatis habet. Sed lectori hæc generaliter ſunt ſciẽda.
Finalem ſyllabam in omnibus metris indifferẽter ac
cipi. Solutionem eſſe: cum pro una longa ſyllaba, duæ
breues ponuntur: locat imparia dica: primum: tertium:
quintum: et deinde paria: ſecundum: quartum: ſextũ. Et
deinde pẽthemimerim eſſe: cum poſt duos pedes ſequtur
ſyllaba: quæ partem orationis terminat. Ephthemime
rim uero: cum poſt duos pedes ſimiliter ſequitur ſylla-
ba. Tertius trochaicus: cum poſt duos pedes perfectos
finita parte orationis trochæus remanet. Tetartus tro
chaicus: cum definitione eadem tenet quartum locum

trochæus. Catalecticum uerſum dici: cui una ſyllaba deeſt: Brachycatalecticū: cui duæ: hypercatalecticū, cui una ſyllaba ſupereſt: Acatalecticum: ubi nihil plus mi nus'ue eſt in uerſu: q legitimo fine clauditur. Monome trū dimetrū, trimetrū, uel tetrametrū uerſum dici à nu mero pedum. In iambicis trochaicis anapæſticis metris uerſus per pedes duplices computari: in cæteris metris per pedes ſimplices. Metra uel à pedibus nomina ac cepere: uel à rebus, quæ deſcribuntur: uel ab inuen toribus: uel à frequentatoribus: uel à numero pedum. Eaq; octo eſſe principalia metra: iambicum: trochai- cum dactylicum: anapæſticum. choriambicum: anti- ſpaſticum: ionicum à maiore: ionicum à minore, de quibus carptim tractabimus: eligentes ea: quæ ad pal mam lyræ perducat uoluptas.

m Etra iambica locis imparibus quinque recipere pedes poſſunt iambum, tribra- chum, ſpōdeum, dactylum, anapæſtum: et proceleuſmaticum locis autem paribus tantum iambum uel tribrachum: et apud Comicos fre quenter anapæſtum: ita tamen, ut multarum breuium iunctura uitetur. ſed ex plurimis metris. XIII. uſui tradenda ſubiecit.

Ariſtophaneium metrum conſtat monometro hypercatalectico: ut

Valles per imas.

Euripideium conſtat dimetro catalectico: ut

Diſſolue bacche crines.

Anacreontium conſtat dimetro brachycatalectico: ut

Aiax furit dolens.



Archilocheium conſtat dimetro acatalectico: ut

Serena lux micat polo.

Alaicum conſtat dimetro hypercatalectico: ut

Amant uenena parricidæ.

Alcmanicum conſtat trimetro brachycatalectico: ut

Spernis decoræ uirginis toros.

Hipponacticum conſtat trimetro catalectico: ut

Doctis thaleia uatibus fauebat.

Archilocheium conſtat trimetro acatalectico: ut

Martem fatigat prodigus uitæ furor.

Anacreontium conſtat trimetro hypercatalectico: ut

Amor puellæ pectus improbe fatigat.

Ariſtophaneium conſtat tetrametro brachycatalectico: ut

Marcent lucernæ: ſol propinquat: nunc uero uacas.

Ariſtophaneiū item conſtat tetrametro acatalectico: ut

Hic finis eſt iambe ſolue uindicas dolor meli.

Hipponacticum etiam conſtat trimetro acatalectico: ut

Pauper poëta neſcit antra muſarum.

m Etra trochaica principaliter conſtant tro chæo: locis tamen imparibus hos recipi- unt pedes: trochæum: tribrachum: et nō nunquam dactylum. in locis uero pari- bus cum ijs, quos ſupra memorauimus: ſpondeum: ana pæſtum: dactylum. Sed ex plurimis. XIII. uſui tra denda ſubiecit. Pancratium conſtat monometro hy- percatalectico: ut

Author optimus.

Ithyphallicum conſtat dimetro brachycatalectico: ut

Bacche iunge tygres.

Euripideium conſtat dimetro catalectico:ut
Vultur altius uolat.
Alcmanicum conſtat dimetro acatalectico:ut
Fiſtula canit ſubulcus.
Bacchilideium conſtat dimetro hypercatalectico: ut
Floribus corona texitur.
Sapphicum conſtat trimetro brachycatalectico: ut
Rex pater Iuppiter, & deorum.
Archilocheium conſtat trimetro catalectico:ut
Nox amoris, & quietis conſcia.
Sotadicum conſtat trimetro acatalectico:ut
Arua ſic canibus intrat: ire læti.
Sapphicum conſtat trimetro hypercatalectico:ut
Splendet aurum: gemma fulget: forma ſed placet.
Sotadicum conſtat tetrametro brachycatalectico:ut
Thraceum nefas renarrat catulis hirundo.
Archilocheium conſtat tetrametro catalectico: ut
Tolle hircos æra pulſans iam lyæus aduenit.
Hipponacticum conſtat tetrametro catal. claudo. ut
Pelle tonſis i terga ponti uela tende pergamus.
Anacreontium conſtat tetrametro catal. ut
Parce iam camœna uati: parce iam ſacro furori.

m Etra dactylica principaliter conſtant dactylo: recipiunt tamen ſpondæum: et interdũ ultimo loco trochæũ. Sed ex plurimis XVIII uſui tradenda ſubieci.

Adonium conſtat dimetro catalectico:ut
Findite fluctus.
Hirminachium conſtat dimetro acatalectico:ut
Tibia perſonet.



Archilocheium conſtat dimetro hypercatalectico: ut
Garrula uenit auis.
Alcmanicum conſtat tetrimetro catalectico:ut
Tundite pectora palmis.
Simonideium conſtat trimetro acatalectico:ut
Indue pallia ſerica.
Alcmanicum conſtat trimetro hypercatalectico:ut
Lurida brachia cur retegis.
Archilocheium conſtat tetrametro catalectico: ut
Arent ſolſticia ſola terræ.
Alcmanicum conſtat tetrametro acatalectico:ut
Virgo decens cumulas reliqua tibi.
Alcmanicum conſtat tetrametro hypercatalectico: ut
Vita icta minis caret ingenio.
Steſichoreium conſtat pentametro catalectico:ut
Marſya cede deo tua carmina phœbi.
Simonideium conſtat pentametro acatalectico: ut
Parthenopæus erat puer Arcadiæ decus.
Chyrilium conſtat pentametro hypercatalectico:ut
Pulchra puella comas ambit ſibi palmitibus.
Heroicum conſtat hexametro catalectico: ut
Vulnera bella tubæ numero canduntur Homeri.
Bucolicum conſtat hexametro catalectico, ita ut quartus dactylus partem terminet orationis: ut
Ruſtica ſyluestri reſonat bene fiſtula cantu.
Iphicum conſtat hexametro acatalectico: ut
Sidera pallida diffugiunt face territa luminis.
Alcmanicum conſtat hexametro hypercatalectico: ut
Alma uenus Paphum ingreditur, roſa luceat ex adytis. : adolet

Steſichoreium conſtat heptametro catalectico: ut
Aeacides iuuenis trahit hectora: plãgite pgama troes.
Iphicum conſtat heptametro acatalectico: ut
Verſiculos tibi dactylicos cecini puer optime quos facias.

m Etra anapæſtica principaliter conſtant ana-
pæſto: Recipiunt tamen frequenter & ſpon
deum: raro proceleuſmaticum. Apud comi
cos autem habent dactylum: ſæpiusq;: ultima cum
ſupereſt ſyllaba: in duas ſoluitur breues. Sed ex plu
rimis. XIII. uſui tradenda ſubieci.

Thiriniciumconſtat monometro acatalectico: ut
Calidum iubar eſt.
Choricum conſtat monometro hypercatalectico: ut
Animus male fortis.
Ariſtophaneium conſtat dimetro brachycatalectico: ut
Venit optima calliope:
Partheniacum conſtat dimetro catalectico: ut
Huius eſt felix nimium prior ætas.
Pindaricum conſtat trimetro brachicatal. ut
Medium rapidum mare tyberis adit fluuio.
Alcmanicum conſtat trimetro catalectico: ut
Date pierides mihi carmen dactyliorum.
Steſichoreium conſtat trimetro acatal. ut
Latet in thalamo tibi uirgo decens Veneris ſpecie.
Simonidicum conſtat trimetro hypercatalectico: ut
Tuba terribili procul ære ſonat: clypeum qua-
te miles.
Alcmanicum conſtat tetrimetro brachycatal. ut
Sua munera ferre uenus alma roſas iuueni cineri
adolete.

Ariſtophaneium



Ariſtophaneium conſtat tetrimetro acatal. ut
Date uina mihi: date mihi ſerta. iuuat dare tempora
tot alto Ioui.

m Etra coriambica principaliter conſtant cho
riambo. uerum quia, ut ſuo pede claudan-
tur, accipiunt in fine amphibrachum et bac
cheium. Sed ex multis metris hæc quatuor uſui tra-
denda ſubieci.

Ariſtophaneium conſtat dimetro & amphibracho: ut
Purpureus tyrannus.
Sapphicum conſtat trimetro & amphibracho: ut
Dulciſonæ Pierides uerſifico fauete.
Anacreontium conſtat dimetro & amphibracho: ut
Virgilius Mantua quem creauit.
Callimacheium conſtat tetrametro, et amphibracho: ut
Armipotens mars genitor Romuli da ueniam precat-
mur.

m Etra antipaſtica principaliter conſtant anti-
paſto: uerum ſæpe prima parte qua iambũ
tenent ſpondeum libenter accipiunt. Sed ex
plurimis. IIII. uſui tradenda ſubieci.

Panicum conſtat dimetro brachycatalectico: ut
Fauni ſemideûm numen adeſt.
Anacreontium conſtat trimetro brachycatalectico: ut
Curas mitigant dona lyræ.
Alcaicum conſtat tetrametro brachycatalectico: ut
Infandum tetigit ſidera carmen magorum.

m Etra ionica à minore principaliter conſtant
ionico ſuo: ac raro alterius pedis patiuntur
acceſſum. Sed ex plurimis ſex uſui traden-

da ſubieci.
Timocratium conſtat catalectico:ut
Sapientes amor odit.
Anacreontium conſtat dimetro : ut
Fuge uirgo fuge munus Veneris.
Sapphicum conſtat trimetro catalectico:ut
Sonat alta trabe fixus tibi tmolus.
Phrynicium conſtat tetrametro catalectico:ut
Tibi ueris fero donum ſola quæ dant ueneris.
Alcmanium conſtat tetrametro catalectico:ut
Timor omnis docet artes:timor auget bona mente.

Etra ionica à maiore principaliter conſtant
m ionico ſuo : uerum & diambum & ditro-
cheum non recuſant : ſolutionem patienter
admittunt. Sed ex plurimis tria uſui tradēda ſubieci.

Hipponacticum conſtat dimetro brachicatalectico: ut
Palmam cape uictor.
Praxilum conſtat ditrimetro brachycatalectico:ut
Fortis iuuenis ſume coronam.
Sotadicum conſtat tetrametro:ut
Sal pix iam tempus fugit intende dolo laborem.

Eliqua deinceps metra non ea lege, qua ſupe
r riora reperimus : illa enim uelut confuſa di-
geſſi:hæc uelut diſperſa collegi. Sed ex plu-
rimis.XXV.uſui tradenda ſubieci.

Phaliſcum conſtat tribus dactylis, & pyrrhichio:ut
Docta phaliſca ſerene paras.
Pherechratiū conſtat ſpondeo dactylo,et trochæo: ut
Reges purpura monſtrat.
Glyconium conſtat ſpōdeo choriambico pyrrhichio: ut



Odi parthenium nemus.
Aſclepiaderum conſtat ſpondeo, & duobus choriambis & pyrrhichio : ut
Vitæ pars melior quàm cito labitur.
Alcaicum conſtat ſpondeo tribus choriambis & pyrrhichio:ut
Profuſa æacides procubuit ſub paridis manum.
Elegiacum conſtat penthemimeri prima heroica: ſecunda dactylica: ut
Mœret diffuſis flens elegia comis.
Eulogitium conſtat primo pede diſſyllabo quolibet et quatuor dactylis : ut
Sapphò compoſuit male caſta poëmata.
Murum conſtat ita: ut heroicum ſed pyrrhichio claudatur : ut
Mortem contemnunt laudato uulnere getæ.
Priapeium conſtat de glyconio & ferratio : ut
Helleſponticum tuum numen protegit hortos.
Phalleutium conſtat ſpondeo: dactylo: tribus & trochæis: ut
Iſthmos diuitibus ſuperbit undis.
Sapphicum conſtat trochæo, ſpondeo, dactylo. & trochæis duobus:ut
Faune nympharum metus & uoluptas.
Saturnium conſtat dimetro iambico et Ithyphallico:ut
Iſis pererrat orbem cum crinibus profuſis.
Archilocherum conſtat partheniaco et ithyphallico:ut
Remeabat ab arce tyrannus cruentus.
Aenittologium conſtat dactylo & iambico & penthemimeri:ut

Fontes ligant gramina lætificos.

Alcaicum conſtat penthemimeri dactylica & duobus dactylis:ut

Carmen relaxat tædia pectoris.

Archilocheium conſtat tetrametro bucolico acatalectico Ithyphallico tribus trochæis:ut

Linea paſtor tibi concidit in profunda ponti.

Galiambicum conſtat dimetro iambico acatalectico et anapæſto, uel ſpondeo cum duobus iambis:ut

Tenera recriſpat aura tremulo ſinu freti.

Archilocheium conſtat penthemimeri dactylica et dimetro iambico:ut

Sydera cuncta micant decore lucis aureo.

Archilocheium conſtat dimetro iambico & penthemimeri dactylica:ut

Inde lyæo dediti tympana iam quatiunt.

Heroicum eſt quoties ſonus ultimæ ſyllabæ ſimilis eſt præcedentis:ut

Exercet mentes fraternas gratia malis.

Reciprocus heroicus in ſotadico eſt quoties ad finem ſcanſus ſotadicum facit:ut

Ire cupis ſi rus mala uites ſomnia quæſo.

Quæſo ſomnia uites mala ſi rus cupis ire.

Reciprocus iambicus in elegiaco eſt quoties à fine ſcanſus elegiam facit:ut

Micant nitore tecta ſublimi aurea:

Aurea ſublimi tecta nitore micant.

Eurypalicus uerſus eſt cum uerba prout ſequũtur ſyllabis creſcunt:ut

Rem tibi confeci doctiſſime dulci ſonoram.

FINIS.

## ANNOTATIONES ALDI MANVTII ROMANI IN HORATIVM.

Ratio menſuum, quibus Odæ eiuſdem poëtæ tenentur eodem Aldo authore.

Ode Prima primi libri.

Euterpe cohibet, neque Polymnia. Sic in omnibus legi exemplarib. ſed non ſtat uerſus, quia pro choriambo, pæon quartus eſt, nĕquĕ pŏlȳ ⏑⏑⏑– legendum igitur uel, Euterpe cohibet, nec Polyymnia, uel, Euterpe cohibet, nec Polymneia. ſi Polyymnia, ſcandatur ſic, Eūtēr –– pē cŏhĭbēt –⏑⏑– nēc pŏlȳȳ –⏑⏑– mnĭă ⏑⏑, ut componatur à πολὺ, & ὕμνος, quaſi Multicinam latine dixeris. id uidetur ſenſiſſe Phornutus in libro de natura Deorum, ubi ait, πολύμνια δὲ ἐστὶν πολυύμνιτος ἀρετῆ, ἢ μᾶλλον, ἡ πολλοὺς ὑμνοῦσα, καὶ ὅσα περὶ τῶν γραμμάτων ὕμνηται, παρειληφυῖα, καὶ τῆς ἔκ τε τῶν ποιημάτων, καὶ τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἱστορίας ἐπιμελουμένη. Sin autem Polymneia, ſic, Eūtēr –– pe cŏhĭbēt –⏑⏑– nēc pŏlȳmnē –⏑⏑– ĭă ⏑⏑. nec obſtat, lȳ corripi ſequentibus m & n, cum faciant ſyllabam, quæ præcedit, indifferentem, ſicuti muta cum liquida, ut apud Græcos. Cratinus, ἀγαθοποιονόμοις ἐπιλήσμοσι μνημονικοῖσι. λήσμοσι dactylus –⏑⏑. Callimachus, ut citat Epheſtion, & Priſcianus, τῶς μὲν ὁ μνησάρχειος ἔφη ξένος. τῶς μὲν ὁ dactylus –⏑⏑ & tunc componitur ex πολὺ, & μνεία, quod ſit multa memoria. nam Iouis & memoriæ filias eſſe muſas teſtatur Heſiodus in Theogonia, Μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. Τὰς ἐν πιερίῃ κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα Μνημοσύνη, & diſſoluta diphthongo πολυμνεία πενταςυλλάβως, καὶ ἰωνικῶς πολυμνηία, unde Polymneia ſicut Elegeia ἀπὸ τῆς ἐλεγηίας ſecundum Ionas. Ouidius, Flebilis indignos Elegĕĭa ſolue

capillos. Quanquam Græci, tam proſa oratione, quàm carmine, πολύμνια τετρασυλλάβως cum accentu in ante penultima dicunt, uel altero y ex Polyymnia, uel ε excluſo ex ει diphthongo. Heſiodus in Theogonia, τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε, πολύμνιά τ' οὐρανίη τε. Sed de his abunde multa diximus in quarto inſtitutionum noſtrarum.

Ode. XVII. libri eiuſdem.

Nec Martiales hœdilia lupos. Hic duo eſſe errores uidentur in dictione hœdilia. nam & di antepenultima corripitur, cum ſit natura longa, quoniam in ile deſinentia nomina, ut ouīle, equīle, bouīle, & id genus cætera, producunt penultimam, & a ultima producatur natura breuis. Eſt enim uerſus Dactylicus Alcmanius catalecticus, qualis ille, Vides ut alta ſtet niue candidum, in quo penultimus pes eſt Dactylus, poſtremus pro Dactylo, Creticus propter ultimam Syllabam in omni metro indifferentem, ſic hœdĭlĭ -∪∪ ā lŭpōs -∪- Quapropter uel aliter legendus uerſus eſt, et forte ſic, Nec Martios hœdilia tum lupos, et ſit ordo, Velox Faunus ſæpe mutat Lucretilem amœnum Lycæo, et uſq; defendit æſtatem, pluuiosq; uentos capellis meis. Impune per tutum nemus uxores mariti olentis quærunt deuiæ arbutos latentes, & thyma, tum hœdilia, nec metuunt colubros uirides, nec lupos Martios, ut ſic dixerit lupos martios, ut Vergilius, Martius à ſtabulis rapuit lupus, & ſcandatur ſic Nēc mār- -tĭōs ∪- hœ- dīlĭă -∪∪ tūm lŭpōs -∪-, Vel di ante penultima κατὰ συστολὴν corripitur, ut, ſte, in ſtetĕrunt apud Ver



gilium, Obſtupui, ſtetĕruntq; comæ. &, le, in tulĕrūt apud eundem, Matri longa decem tulĕrunt faſtidia mēſes. & a producatur uel quarto e ſeptem modis communium ſyllabarum, qui uult correptam uocalem, cum partem terminat orationis, et eſt principium pedis, eſſe communem, ut apud Vergilium. Inualidūs, ĕt ĭamq; tremens, etiam inſcius æui, & Pleiadās, hўădas, claramq; Lycaonis arcton. & Pectoribūs ĭnhĭans ſpiră tia conſulit exta apud eundem. Item, Dum ſanguīs ĭnĕrat, dum uis materna, apud Lucanum. Sic apud Græcos Homerus, οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν. Idem αὐτὰρ ἐπὶ δαναῶν γένετ' ἰαχή τε, θρόος. Idem, ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. in quibus uocales breues, & terminant dictiones, & incipiunt pedes ſic, γα ι α -∪∪ το ι α -∪∪ τα και α -∪∪. uel quia ſequitur, l, liquida, quæ producere inuenitur antecedentem breuem, ut apud Perſium, Cantare credas Pegaſeium mēlŏs. Eſt. n. Scazon, in cuius ſexta ſede ſemper eſſe Spondeus, uel trochæus debet. Sic Homerus in hymnis ἱμερόεν κονάβησε θεός, δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε, μελος α Dactylus -∪∪ Sed & hæc copioſe diſputata ſunt à nobis libro quarto inſtitutionum noſtrarum.

Ode. XXVI. Eiuſdem.

Vino, & Lucernis medus Acinacis. Quoniam Acinaces Græce ἀκινάκης dicitur. Suidas, Ακινάκης μικρὸν δόρυ περσικόν, non Acinacis imprimendum, ut erat in exemplaribus, ſed Acinaces iuſſimus. & puto natum errorem, quia nunc Græci ἦτα, non e longum, ſed i

pronuntiant, quãquam et ipſi meo iudicio perperam. ε
enim nõ i, ſed e longi ſonum habere debet, Sed de hoc
alius erit tractatus. hinc paraclitum dicimus illos imi=
tati, cum & nobis & Græcis paracletus dicẽdũ ſit.
παράκλητος enim ſcribitur græce.

Ode. VIII. ſecundi Libri.

Sæpe Minaci, ſic legit Porphyrio, ſed legendum po
tius Minati, ut ſit participiũ, id quod et Acroni pla-
cet, ut ſit Ordo, Nec priores, amantes. ſ. relinquunt te-
ctum impiæ Dominæ ſæpe minati, ſcilicet relicturos
ſe eam. quod ualde miſerum, ut quod à ſeruis fieri cõ
ſueuit, id amatoribus non liceat, licet contempti deſer-
turos ſe eam, quam amant, ſæpe minati fuerint. Ex=
preſſit enim uim amoris, ut ait Acron. Nam qui ca-
pti amore ſunt, iniurias, contumelias contemptus, ex-
cluſiones, & id genus cætera pertinaciter ferunt peio
re conditione, quam ſerui. Adde, quod eas, quarũ amo
re capti ſunt, appellant Dominas, uti ſerui. nam Domi
nus & ſeruus correlatiua ſunt. Pulchre Propertius
amantium hanc expreſſit ſeruitutem, his uerſibus.

Tum mihi conſtantis deiecit lumina faſtus,
Et caput impoſitis preſſit amor pedibus.

Ode. VI. Tertij libri.

Iam bis Monæſis, & Pachori manus eadem ratio-
ne, qua Acinaces, pro Acinacis, Monæſes pro Monæſis
iuſſi imprimendum. Nam Græce Μοναίσης dicitur.
& eſt Monæſes rectus. conſtruitur autem ſic, Iã Monæ



ſes bis contudit impetus noſtros non auſpicatos, & ma
nus Pachori. ſ. bis cõtudit. Quod ſi genitiuum eſſe quis
uoluerit, & dicatur Monæſis, erit ſis breuis, quod ſolet
euitare Horatius, licet penthemimere defendi poſſit.

Ode. XII. Eiuſdem.

Simul unctos Tyberinus humeros la-
Vit in undis, eques ipſo melior Bel-
Lerophonte, neque pugno, neque ſegni pede uictus.

Treis hos uerſus ſiquis ſic ſcribat, primum neceſſe eſt
diuidere dictiones, quod durum uidetur, licet ſupra
Ode eadem ſit,

Neque dulci mala uino lauere, aut ex-

Deinde lĕrŏphōntĕ eſt Pæon tertius, cũ eſſe debeat Io
nicus à minore, nã licet apud Græcos ὁ βελλεροφόντης
primæ ſit declinationis τῶν ἰσοσυλλάβων, Homerus
ἰλιάδος Ζ Τεθναίης ὦ προῖτ᾽ ἢ κάκτανε βελλεροφόντην.
& paulo inferius, ἡ δ᾽ ἔτεκε τρία τέκνα δαΐφρονι βελλε
ροφόντῃ, apud nos tamen eſt tertiæ, Bellerophontes bel
lerophontis, ut εὐριπίδης εὐριπίδου, Euripides Euripi
dis. Horatius Ode. VII. libri tertij.

Vt Prœtum mulier perfida credulum
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti.

Iuuenalis Satyra. x. Omnibus in Terris.

Sed caſto quid forma nocet, quid profuit immo
Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophonti?

Quapropter iuſſi ego reſtituendos in ſuum locum
quemadmodum habentur Viennæ in antiquo quo-

dam Codice apud Stanislaum Zaur, quos ad me amicus quidam meus miſit, hoc ordine,

Eques ipſo melior Bellerophonte,
Neq; pugno, neque ſegni pede uictus,
Simul unctos Tyberinis humeros lauit in undis.

Hoc modo & ſeruantur integræ dictiones, & non claudicat uerſus in dictione Bellerophonte. nam primi duo uerſus conſtant è trib. Ionicis a minore, Tertius uero è quatuor, ut ſuo loco licet uidere.

### Ode. XVI. Epodôn.

Eamus oẽs execrata ciuitas. Sic habetur in omnibus, quæ quidem ipſe uiderim, exẽplaribus. Sed quoniam in hac Ode ſecundi quiq; uerſus conſtant è ſolis iambis, quod ſtudioſe feciſſe uidetur Horatius, omnis legendum eſt, ut ſit omnis ciuitas eamus, quæ eſt, ut Porphyrio ait, figurata elocutio, ut Pars in fruſtra ſecant. hinc ſubiungit Porphyrio, aut omnis ciuitas eamus, inquit, aut pars maior remaneat, quæ mollis animi, & ſine ſpe eſt, experſq; uirtutis. Eſt autem ordo, omnis ciuitas execrata hæc, & quæ poterunt abſcindere reditus dulceis, eamus. execrata, hoc eſt execratione, & iureiurando interpoſito, ſic ſupra. Forte communiter quæritis, quid expediat, aut melior pars carere malis laboribus, nulla ſententia ſit potior hac, ire quocunq; ferent pedes, quocunq; Notus, aut Africus proteruus uocabit per undas, uelut ciuitas Phocæorum execrata agros, atq; patrios lares profugit, reliquitq; fana habitanda apris, & lupis rapacibus. execrata agros, & patrios lares, ſic dixit, ut Salluſtius in Catilinario, Interea plebs coniuratione patefacta, q̃ primo cupida nouarum rerum nimis bello fauebat, mutata mente, Catilinæ conſilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, ueluti ex ſeruitute erepta, gaudium, atq; lætitiam agitabat.



### Ode eadem

Nos manet Oceanus circumuagus. arua beata Petamus arua, diuites & inſulas. Sic eſt legendum, non arua beata petamus aura, tum ut ſecundus uerſus conſtet è ſolis iambis, ut cæteri, tum etiam quia bis dicendo, arua arua petamus beata, maiorem habet ad perſuadendum uehementiam, ut relinquant patriam. & circumuagus eſt proprium Oceani epitheton, quia uagatur circùm omnem terram. Nec placet hic Porphyrionis expoſitio, Oceanus circùm arua beata uagus, quia ualde ſiccum eſt, & quaſi imperfectum quod ſequitur, petamus arua, niſi addatur epitheton.

### Ode. XVII. Epodôn.

Tuusq; uenter pactumeius, uidetur legendum partumeius, ut ſit à partu partum eius, quod fœcunda eſſet Canidia. id, quod ex Acrone colligitur, cum dicat, Partumeium dicit filium Canidiæ, quem habere ſe fœcunditatis gratia lætatur. quanquam ipſe ſic conſtruo, & tuus uenter, Partumeius, ideſt fœcundus eſt tibi, q̃a ſubiungit, & obſtetrix lauit pannos rubros tuo cruore.

### Ode eadem.

Vtcunq; fortis exilis paupera. Porphyrio, & qui
eum ſecuti ſunt, exilis nomen eſſe dicunt, cum ſit uer
bi exſilio ſecunda perſona, nec aliter ſtat uerſus, ut ſit
Iambus in quarta ſede, in qua Spondeus eſſe non de-
bet, quod & ipſe Horatius in Poëtica ſic docet.

Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit.
Commodus & patiens, non ut de ſede ſecunda
Cederet, aut quarta ſocialiter. Quod ſi exilis hic no
men ſit, foret Spondeus in quarta ſede contra legem
Trimetri Iambica, quali uſus eſt Horatius. ſcanditur
autem ſic, ūtcūn- -quĕ for ◡- tĭs ēx ◡- sĭlĭs ◡- pŭer
◡- pĕră ◡◡ quod non aduertiſſe Porphyrionē, miror.

### IN ARTE POETICA.

Intererit multum Dauus'ne loquatur, an heros. mi
ror non aduertiſſe quoſdam non dici poſſe, an herus,
ut in multis ē et eſt exemplaribus, Id'q; repugnante ſyl
laba. Sunt qui legūt diues ne loquatur, an Irus. ſunt
qui, Diuus ne loquatur, an Heros, ſed melius legitur
Dauus ne loquatur, an Heros, ſic etiam eſt in meo anti
quo exemplari.

### In epiſtola. V. primi libri.

Vt coeat par,
Iungatur'q; pari Brutum tibi, Septimium'q;,
Et, niſi cœna prior, potior'q; puella, Sabinum



Detinet, Aſſumam. Locus eſt & plurib. umbris.
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.
Tu quotus eſſe uelis reſcribe.

In quibuſdam exēplarib. legitur Brutum tibi, Septiti
umq;, Sed quoniam præcedit, Vt coeat par, iūgatur'q;
pari, & ſequitur, Et niſi cœna prior, potior'q; puella
Sabinum detinet, Brutam imprimendum iuſſimus,
quæ uidetur fuiſſe Amica Septitij, uel, ſi mauis Septi-
mij, nam utrunq; legitur. Deinde, quod in uno tantum
legi exemplari, Aſſumam, pro ad ſummam reponen-
dum curaui, præſertim, quod ſi ad ſummam dixeris,
aliquod deſyderatur uerbum. Eſt autem ordo, ut par
coeat, & iungatur pari, aſſumam tibi Brutam, et Septi
tium, et Sabinum, niſi prior cœna, et potior puella de-
tinet ipſum. ſ. eſt locus et pluribus umbris, id eſt con-
uiuis, ſed capræ olidæ i. graue olentes premunt, hoc
eſt offendunt conuiuia nimis arcta, & hoc propter ma
lum odorem, qui ſolet emitti, cum cócauitas illa, quæ
ſub alis eſt, nimis incaleſcit. Vnde Catullus.

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur,
Valle ſub alarum trux habitare Caper.

Vmbra uero pro conuiua nonnunquam accipitur, ut
hic, & in ſermonibus Satyra poſtrema.

Summus ego, & propè me Viſcus Turinus, et infra
Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
Vibidius. quos Mecœnas adduxerat umbras,
Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra,
Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, ut, ſiquid forte lateret,
Indice monſtraret digito. Quæ carmina ideo etiam

ad poſui, ut conſtruerem. Eſt enim ordo. Summus ego
(eram in menſa) & prope me Viſcus Turinus, & , ſi
memini, infra (erat) Varius, & Vibidius cum Seruilio
Balatrone. Nomentanus erat ſuper Mecœnatem, Por-
cius ridiculus abſorbendo totas placentas (erat) infra,
Nomentanus ad hoc, ut digito indice monſtraret, ſiqd
(cibi ſuauis) forte lateret, Quos ipſe Mecœnas addu-
xerat umbras, hoc eſt ſecum duxerat ad conuiuium.
Conuiuæ autem umbræ dicuntur, quod ſequantur
inuitatos in conuiuium non ipſi etiam inuitati, ut um
bra corpus. Quem morem Plutarchus Conuiuiorum
libro ſeptimo ſic ſcribit, τὸ δὲ τῶν ὑποκλήτων ἔθος, οὓς
νῦν σκιὰς καλοῦσιν, οὐ κεκλημένους αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν
κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγομένους. ἐζητεῖτο πόθεν ἔσχε
τὴν ἀρχὴν, ἐδόκει δὲ ἀπὸ σωκράτους ἀρισόδημον ἀναπεί-
σαντος, οὐ κεκλημένον εἰς ἀγάθωνος ἰέναι σὺν αὐτῷ, καὶ
παθόντα τι γελοῖον. (ἔλαθε γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπολειφθεὶς
ὁ σωκράτης.) ὁ δὲ προσῆλθεν ἀτεχνῶς σκιὰ προβαδί-
ζουσα σώματος ἐξόπισθεν τὸ φῶς ἔχοντος. Sed hæc Eraſ-
mus meus Roterodamus prouerbiorum Chiliade pri-
ma, quæ octo ab hinc menſes curaui imprimenda, pro
uerbio nono, docte ut omnia, & copioſe docet. Inde igi
tur petat, qui hæc melius ſcire uoluerit.

Epiſtola. VI. eiuſdem Libri.

Si Minnerus uti cenſet. Scribendum Mimermnus,
ut habetur apud Suidam. μίμνερμος λιγυρτιάδου κολο
φώνιος, ἢ σμυρναῖος, ἢ ἀστυπαλαιεὺς ἐλεγειοποιός. γέγονε
δὲ ἐπὶ τῆς λζ. ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν ζ. σοφῶν.
τινὲς δὲ



τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ λι-
γυαστάδης, διὰ τὸ ἐμμελὲς, καὶ λιγύ. ἔγραψε βιβλία
ταῦτα πολλά. Corrupte igitur legitur uel Mineremus,
uel Mimnermus, uel Minnerus, uel Minerus, ut ha
betur tam in impreſſis, quàm manu ſcriptis, quæ q-
dem ipſe uiderim, exemplaribus.

Epiſtola. XV. eiuſdem Libri.

Iugis aquæ, nam uina nihil moror illius oræ. in an
tiquo exemplari apud me legitur Dulcis aquæ, quod
magis placet, tum quia præcedit, Collectos ne bibant
imbres, puteos'ne perennes. nam non poſſunt putei
perennes eſſe niſi etiã ſint iugis aquæ. Iugis. n. et per-
ennis idem eſt, ſic iugiter, & perenniter, id eſt perpe-
tuo, & aſſidue. ne uideatur igitur bis idem dicere, le-
gendum, puteos'ne perennes dulcis aquæ, tum etiam
ad imitationem Vergilij in Bucolicis. Dulcis aquæ ſa-
liente ſitim reſtinguere riuo.

Epiſtola. XVI. eiuſdem libri, Ne perconteris.

Oderunt peccare boni, uirtutis amore. In quibuſ-
dam codicibus etiam manu ſcriptis huic uerſui ſub-
iungitur, Oderunt peccare mali formidine pœnæ. qui
tamen uerſus adulterinus eſt, ac tranſfodi obelo di-
gnus, ut olim ab Ariſtarcho nothi q̃plurimi transfoſ
ſi ſunt, qui diuinis Homeri uerſibus immiſti fuerant.
Nam cum dixit Lupum, Accipitrem, ac Miluium ra-
paciſſima animalia, non propterea abſtinere à cibis,

quos paratos uident, quia non placeant, ſed Lupum
metu foueæ, Accipitrem laqueorum, hami Miluium,
ſubiungit, Oderunt peccare boni uirtutis amore. quod
ſignate dictum ait Porphyrio, primum non timent pec
care, ſed oderunt. Deinde non metu pœnæ, ſed amo=
re uirtutis, Abſtinent igitur boni à uitijs illorum odio,
& amore uirtutis, praui autem, quia timent pœnas lu
porum, accipitrum, miluiorum ſimiles, cum abſtinent
à cibis, quos auidi deuorent, idq; aut fouearum, aut la
queorum, aut hamorum metuentes. & propterea ſub=
iungit ſtatim, Tu nihil admittes in te formidine pœ=
næ. Si ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis. Senſus eſt,
tu non peccas, quia times pœnam. nam ſi ſperares poſ=
ſe homines fallere, & latere peccatum tuum. nihil non
mali faceres. præterea non dixiſſet Horatius, Oderunt
peccare mali, quia non oderunt illi peccare, ſed me=
tuunt. nam amant omnino peccare mali.

Epiſtola ultima ſecundi libri.

Non es auarus, abi. Quid? cætera iam ſimul iſto
Cum uitio fuge. rite caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira? Sic in o-
mnibus ferè exemplarib. legitur. & poteſt ſic conſtrui,
Non es auarus, abi, Quid? iam fuge cætera ſimul cum
iſto uitio. quaſi dicat, non potes. per quod intelligimus
te eſſe etiam auarum, ſi cæteris hæres uitijs, ac tene-
ris. Ipſe tamen, quod in uno tantum legi exemplari, ſic
iuſſi imprimendum, Non es auarus? abi. Quid cæte=
ra? num ſimul iſto



Cum uitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira? hæc mi-
hi uera lectio uiſa eſt. eligat ſibi quiſq; utram uelit ſuo
arbitratu.

Satyra Prima Primi libri.

Vt cum carceribus miſſos rapit ungula currus,
Inſtat equis auriga ſuis uincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem. Sic ui-
detur Acron legiſſe. ait enim, Equis ſuis, ſeptimus ca=
ſus eſt, Vincentibus, datiuus, hoc eſt ijs inſtat, qui præ
cedunt. Sed hic ego accedo Porphyrioni, qui ſic legit,
Inſtat equis auriga ſuos uincentibus, præſertim cum
in antiquo exemplari apud me, ſit ſuos uincentibus.
exponit autem Porphyrio, Inſtat ijs equis, qui ſuos uin
cunt.

Satyra. III. eiuſdem Libri.

Illuc præuertamur, amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcum uitia, aut etiam ipſa hæc
Delectant, ueluti Balbinum Polypus Agnæ. Multi
legunt Pulypus metri cauſſa. ſed & Polypus legi po=
teſt, idq; doricæ. Quod docet Athenæus his uerbis,
ἀρχέστρατος δέ φησι, πώλυποι ἔν τε Θάσῳ, καὶ Καρίᾳ εἴσιν
ἄριστοι. καὶ κέρκυρα τρέφει πολλοὺς, μεγάλους τε τὸ πλῆ
θος. Δωριεῖς δὲ αὐτὸν διὰ τοῦ ω μεγάλου καλοῦσιν πωλύ=
πουν, ὡς ἐπίχαρμος. καὶ σιμωνίδης δ' ἔφη πώλυπον δι=
ζήμενος, ἄττικοι δὲ πολύπουν. Sic in epigrammatis.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Πώλυπος εἰναλίῃ ποτ᾽ ἐπὶ προβλῆτι ταννυθεὶς
Ἠελίῳ ψύχων πολλὸν ἀνῆκε πόδα.

ΙΣΙΔΟΡΟΥ.

Πώλυπον ἀγρεύσασα ποτὲ γεώνιχος, ἐξ ἁλὸς εἰς γῆν
Ἔῤῥιψεν δήσασα θηρὸς ἱμαντοπέδην.

Quamobrem & hic, & in Epodis illud
Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in alis,
Per, o, non per, u, excudendum, Po, iuſſimus.

Eadem Satyra.

Chryſippus dicat, ſapiens crepidas ſibi nunquam
Nec ſoleas fecit. cum Crepida Græcum ſit uocabulũ, & non p̃ ε ψιλὸν, ſed per η μέγα, ut ſic dixerim, ſcribatur, nam ſicut, o, duplex eſt apud Græcos μικρὸν καὶ μέγα, ſic duplex, ε, quorum alterum ε ψιλὸν, ἦτα alterum appellant, & declinetur, ἡ κρηπὶς τῆς κρηπῖδος τὴν κρηπῖδα, unde hæc crepida, crepidæ. miror Horatium &, cre, &, pi, corripuiſſe, atq; itidem Perſium fecisse prima ſatyra.
Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere geſtit.
Tum Gelliũ libro duodecimo, capite uigeſimo, tantũ de prima ſyllaba correpta meminiſſe, cũ & ſecunda corripiatur, quæ ſimiliter apud Græcos ut prima, producitur. Theocritus ecloga ὁ συρακουσ᾽αις ἢ ἀδωνιαζούσαις,
Πάντᾳ κρηπῖδες, πάντᾳ χλαμυδιφόροι ἄνδρες.



Vbi κρηπι -- Spondeus, & libro tertio, epigramma'=ton εἰς ἀνδροφόνους,
Καὶ τύμβῳ κρηπῖδα περίγραφε πρὸς σιμὸν ἄρη.
βωκρη Spondeus -- πῖδαπε, dactylus -υυ. Verba autem Gellij hæc.
Omnia. n. fermè id genus, q̃bus plantarum calces tantum in fine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, nonnunquam græca uoce crepidulas. Gallicas autem uerbum eſſe opinor nouum, non diu ante ætatem M. Ciceronis uſurpari cœptum. Itaq; ab eo ipſo poſitum eſt in ſecunda Antonianarum. Cum Gallicis inq̃t, & lacerna cucurriſti. Neq; in ea ſignificatione id apud quenquam aliũ ſcriptum lego, grauioris duntaxat authoritatis ſcriptorẽ. Sed, ut dixi, crepidas & crepidulas prima ſyllaba correpta id genus calciamentum appellauerunt, quod Græci κρηπῖδας, hæc Gellius. Sed forte Horatius imprudẽter lapſus eſt, & Perſius, & alij eum ſecuti ſunt, tanquam id uel licuiſſe ſibi Horatius uoluerit, uel ab antiquioribus acceperit. non enim adduci poſſum, ut credam, latinam eſſe uocem arbitratos crepidam, atque à crepo uel crepitu, qui inter ambulationem à crepidatis redditur, deriuari, ut exiſtimant nonnulli græcarum literarum rudes. Quemadmodum, qui poſt Vergilium fuerunt Ouidius Lucanus Statius & alij Inarime dixerunt illum imitati, cum apud Græcos duæ ſint dictiones q̃ proposito εἰν ἀρίμοις & ἀρίμοις datiuus. Vergilius Aeneidos libro IX.
Tum ſonitu Prochyta alta tremijt, durumq; cubile Inarime Iouis imperijs impoſta Typhöeo. Excuſa-

mus autem hic Vergilium, ſicuti ſtudioſe dixerit, einarime licet apud Homerum legerit εἰν Ἀρίμοις duas eſſe dictiones. Quid, ſi & ipſe minus aduertens lapſus eſt? Homo enim fuit. De qua dictiōe hæc Stephanus. Ἄριμα, ὅμηρος, εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. οἱ μὲν ἐν κιλικίᾳ, οἱ δὲ ἐν συρίᾳ, οἱ δὲ ἐν πιθηκούσαις παρὰ τυῤῥηνοῖς φασι γενέσθαι τὸν μῦθον. τὸ ἐθνικὸν Ἀριμαῖος. ἐκαλοῦντο καὶ ἄριμοι. Euſtathius poſtquam multa de Arimis dixit Iliados β. hæc ſubiungit. συνακτέον ἐκ τῶν ῥηθέντων καὶ ὅτι οἱ ἄριμοι ἀρσενικῶς, καὶ τὰ ἄριμα οὐδετέρως λέγονται, κτητικὸν δὲ τῶν Ἀρίμων Ἀριμαῖος. Strabo quoq; decimotertio libro de Arimis hæc dicit. προστιθέασι δὲ καὶ διότι καὶ δρυμώδης ὁ τόπος, καὶ κεραυνοβόλος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἱ ἄριμοι, καὶ γὰρ οὕτως εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. ἐπιφέρουσι χώρῳ ἐνὶ δρυόεντι ὕδης ἐν πίονι δήμῳ. & Paulo inferius citat hæc Pindari carmina ἀλλ' οἶος ἄπλατον κεραΐζε θεῶν τυφῶνα πεντηκοντακέφαλον ἀνάγκᾳ Ζεὺς πατὴρ ἐν Ἀρίμοις ποτέ. ecce, quod Homerus εἰν Ἀρίμοις, Pindarus ἐν Ἀρίμοις dixit. Cur igitur Vergilius ex duabus dictionibus unam fecerit, mutata etiam declinatione, einarime, einarimes, ſi non lapſus eſt, non uideo. forte pro εἰν Ἀρίμοις, εἰναρίμης uidebatur ſibi legiſſe apud Homerum. Quemadmodum & M. Tullio aliquando contigit, quod & Gellius in noctibus, & Politianus in Miſcellaneis atteſtantur, et ipſe in epiſtolis ad Atticum μνημονικὸν ἁμάρτημα fuiſſe fatetur. Quod autem hunc uerſum Homeri imitatus fuerit, εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς, uel hinc colligitur, quod uidetur ferè ad uerbum tradu-



xiſſe. Ille enim dicit in Arimis, ubi aiunt Typhöeos eſſe cubilia, Vergilius, Durumq; cubile Inarime Iouis imperijs impoſta Typhöeo.

Satyra. VI. primi Libri.

Non quo fraudatis immundus Natta lucernis, ſcribendum immundus Naca. Appellantur enim nacæ, ut ait Feſtus fullones, quod Nauci ſint. i. nullius pretij. Omnia ferè opera ex lana νάκαι dicuntur à Græcis. ſignificat autem νάκη pellem ouium. Suidas. νάκην προβάτων δοράν. & ſubiungit, νάκη ἔντριχον δέρμα, ἤτοι δορὰ προβάτων. ἡ ἀναλογία δέ, ὡς βλάβη βλάβος, καὶ νάπη νάπος, καὶ δίψα δίψος, οὕτω καὶ νάκη νάκος. ὥσπερ δὲ φασιν ἡ ἀίτη, καὶ ἀρσενικῶς ἀίτης ἀίτου, καὶ ἀράχνη, καὶ ἀράχνης ἀράχνου, οὕτω καὶ ἡ νάκη, καὶ ὁ νάκος. τριχῶς οὖν ὁ νάκος ἡ νάκη καὶ τὸ νάκος. κῶας δὲ τὸ τῆς αἰγὸς δέρμα, ἢ κώδιον κῶας δὲ τὸ τοῦ προβάτου. Naca igitur unico c ſcribendum. ponitur autem hic pro Fullone & homine nullius pretij, qualis ouium uilloſa pellis.

Satyra Decima eiuſdem Libri.

In omnibus exemplaribus, quæ ipſe uiderim uno excepto deſunt hi octo uerſus.

Lucili quam ſis mendoſus, teſte Catone
Defenſore tuo peruincam, qui malefactos
Emendare parat uerſus, hoc lenius, ille
Eſt quo uir melior, longe ſubtilior illo,

Qui multum puer et loris,es funibus udis
Exhortatus,ut eſſet opem qui ferre poëtis
Antiquis poſſet,contra faſtidia noſtra
Grammaticorũ equitum doctiſſimus,ut redeã illuc.

Horum uerſuum et ſi ſtilus uidetur Horatianus,tamen,quia & Acron,et Porphyrio incipiunt enarrare ab eo uerſu,Nempe incompoſito dixi pede currere uerſus,puto eos eſſe adulterinos·quod ita ſit,nec ne, iudicent doctiores.

Satyra·V·ſecundi Libri.

Ergo nunc clamã Sodalis
Nuſquam eſt,unde mihi tam fortem, tamq; fidelem?

Sparge ſubinde·perperam legitur à quibuſdam clamã Sodalis quia repugnat mã ſyllaba natura longa, legendum igitur Dama Sodalis·Eſt autem ordo· Sparge ſubinde,hoc eſt frequenter dicito hæc·ſ·Ergo nunc Dama Sodalis nuſquam eſt·unde mihi tam fortem,et tam fidelem habebo·ſ·Sodalem.



Genera metrorum,quib·in odis
uſus eſt Horatius,ſunt
undeuiginti.

Primi Generis Odæ tres.

lib·I·Ode·I·Mecœnas atauis edite regibus.
l.3.o.31.Exegi monimentum ære perennius.
4. 8. Donarem pateras,grataq; commodis.

– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪

Secundi generis Ode·XXVI.

I. 2. Iam ſatis terris niuis,atq; diræ.
I. 10. Mercuri facunde nepos Atlantis.
I. 12. Quem uirum,aut heroa lyra,uel acri.
I. 20. Vile potabis modicis Sabinum.
I. 22. Integer uitæ,ſcelerisq; purus.
I. 25. Parcius iunctas quatiunt feneſtras.
I. 30. O Venus regina Gnidi,Paphi'que.
I. 32. Poſcimus ſiquid uacui ſub umbra.
I. 38. Perſicos odi puer apparatus.
2. 2. Nullus argento color eſt auaris.
2. 4. Ne ſit ancillæ tibi amor pudori.
2. 6. Septimi Gades aditure mecum.
2. 8. Illa ſi iuris tibi peierati.
2. 10. Rectius uiues Lycani,ne que altum.
2. 16. Otium Diues rogat in patenti.
3. 8. Martijs cœlebs quid agam calendis.
3. 11. Mercuri nam te docilis magiſtro.

3. 14. *Herculis ritu modo dictus o plebs.*
3. 18. *Faune nympharum fugientum amator.*
3. 20. *Non uides quanto moueas periclo.*
3. 22. *Montium cuſtos, nemorumq; Virgo.*
3. 27. *Impios parræ recinentis omen.*
4. 2. *Pindarum quiſquis ſtudet æmulari.*
4. 6. *Diue, quem proles niobea magnæ.*
4. 11. *Eſt mihi nonum ſuperantis annum.*
5. 18. *Phœbe, ſyluarumq; patens Diana.*

–u –– –uu –u ––
–u –– –uu –u –u
–u –– –uu –u ––
–uu

*Tertij generis odæ. XII.*

1. 3. *Sic te diua potens cypri.*
1. 13. *Cum tu Lydia Telephi.*
1. 19. *Mater ſæua Cupidinum.*
1. 36. *Et thure, & fidibus iuuat*
3. 9. *Donec gratus eram tibi.*
3. 15. *Vxor pauperis Ibici*
3. 19. *Quantum diſtat ab Inacho*
3. 24. *Intactis opulentior*
3. 25. *Quo me Bacche rapis tui*
3. 28. *Feſto quid potius die.*
4. 1. *Intermiſſa Venus diu.*
4. 3. *Quem tu Melpomene.*

–– –uu– u–
–– –uu– –uu– uu



*Quarti generis ode una.*

1. 4. *Soluitur acris Hyems grata uice ueris & fauoni.*

–uu –uu –– –uu –u –u ––
u– u– – u–u –u ––

*Quinti generis odæ Septem.*

1. 5. *Quis multa gracilis te puer in roſa.*
1. 14. *O nauis referent in mare te noui.*
1. 21. *Diana teneræ dicite Virgines.*
1. 23. *Vitas inuleo me ſimilis Cloe.*
3. 7. *Quid fles Aſterie quem tibi candidi.*
3. 13. *O fons Blanduſiæ ſplendidior uitro*
4. 13. *Audiuere Lyce Di mea uota Di.*

–– –uu– –uu– u–
–– –uu– –uu– uu
–– –uu ––
–– –uu– uu

*Sexti Generis Odæ. IX.*

1. 6. *Scriberis uario fortis & hoſtium*
1. 15. *Paſtor cum traheret per freta nauibus*
1. 24. *Quis deſyderio ſit pudor, atq; modus*
1. 33. *Albi ne doleas plus nimio memor*
2. 12. *Nolis longa ferre bella Numantiæ*
3. 10. *Extremum Tanaim ſi biberes Lyce.*
3. 16. *Incluſam Danaen turris Aenea*

4. 5. Diuis orte bonis optime Romule.
4. 12. Iam ueris comites quæ mare temperant.

−− −∪∪− −∪∪− ∪∪
−− −∪∪− −∪∪− ∪∪
−− −∪∪− −∪∪− ∪−
−− −∪∪− ∪∪

Septimi Generis Ode.III.

1. 7. Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.
1. 28. Te maris et terræ, numeroq́; carẽtis harenæ
5. 12. Quid tibi uis mulier nigris dignissima bar
−− −∪∪ −− −∪∪ −∪∪ −− (ris.
−∪∪ −∪∪ −∪∪ −−

Octaui generis Ode unica.

1. 8. Lydia dic per omnes.
−∪∪− ∪−−
−∪−− −∪∪− −∪∪− ∪−−

Noni generis Odæ.XXXVII.

1. 9. Vides ut alta ſtet niue candidum
1. 16. O matre pulchra filia pulchrior
1. 17. Velox amœnum ſæpe Lucretilem
1. 26. Muſis amicus triſtitiam & metus
1. 27. Natis in uſum lætitiæ ſcyphis.
1. 29. Acci beatis non Arabum inuides



1. 31. Quid dedicatum poſcit Apollinem
1. 34. Parcus deorum cultor, & infrequens
1. 35. O diua gratum quæ regis Antium
1. 37. Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
2. 1. Motum ex Metello conſule ciuicum
2. 3. Aequam memento rebus in arduis
2. 5. Nondum ſubacta ferre iugum ualet
2. 7. O ſæpe mecum tempus in ultimum
2. 9. Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
2. 11. Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes
2. 13. Ille et nefaſto te poſuit die
2. 14. Eheu fugaces Poſthume, Poſthume
2. 15. Iam pauca aratro iugera regiæ
2. 17. Cur me querelis exanimas tuis
2. 19. Bacchum in remotis carmina rupib.
2. 20. Non uſitata, nec tenui ferar
3. 1. Odi profanum uulgus, & arceo
3. 2. Anguſtam amice pauperiem pati
3. 3. Iuſtum, & tenacem propoſiti uirum
3. 4. Deſcende cœlo, & dic age tibia
3. 5. Cœlo tonantem credidimus Iouem
3. 6. Delicta maiorum immeritus lues
3. 17. Aeli uetuſto nobilis ab Lamo
3. 21. O nata mecum conſule Manlio
3. 23. Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
3. 26. Vixi puellis nuper idoneus
3. 29. Tyrrhena regum progenies tibi
4. 4. Qualem miniſtrum fulminis alitem
4. 9. Ne forte credas interitura, quæ
4. 14. Quæ cura patrum, quæq; Quiritium

4. 15. Phœbus uolentem prælia me loqui.
∪– ∪– – –∪∪ –∪∪
∪– ∪– – –∪∪ –∪∪
–– ∪– –– ∪– ∪
–∪∪ –∪∪ –∪ ––

Decimi Generis Odæ tres.

1. 11. Tune quæſieris ſcire, nefas, quem mihi,
quem tibi.
1. 18. Nullã Vare ſacra uite prius ſeueris arborẽ
4. 10. O crudelis adhuc, et Veneris munerib. potẽs
–– –∪∪– –∪∪– –∪∪– ∪∪

Vndecimi generis Ode una.

2. 18. Non ebur, neque aureum
–∪– ∪– ∪∪
∪– ∪– ∪– ∪– ∪– ∪

Duodecimi generis Ode una.

3. 12. Miſerarum eſt, neq; amori dare ludum
∪∪–– ∪∪–– ∪∪–∪
∪∪–– ∪∪–– ∪∪––
∪∪–– ∪∪–– ∪∪––

Tertiidecimi generis Ode una.

4. 7. Diffugere niues, redeũt iam gramina cãpis



–– –∪∪ –∪∪ –– –∪∪ ––
–∪∪ –∪∪ –

Quartidecimi generis Odæ decem.

5. 1. Ibis liburnis inter alta nauium.
5. 2. Beatus ille, qui procul negotijs.
5. 3. Parentis olim ſiquis impia manu
5. 4. Lupis & agnis quanta ſortito obtigit
5. 5. At o deorum quiſquis in cœlo regis.
5. 6. Quid immerentẽs hoſpites uexas canis
5. 7. Quo quo ſceleſti ruitis, aut cur dexteris
5. 8. Rogare longo putidam te ſeculo
5. 9. Quãdo repoſtum cæcubum ad feſtas dapes
5. 10. Mala ſoluta nauis exit alite.
–– ∪– –– ∪– ∪– ∪∪
∪– ∪– –– ∪∪

Quintidecimi generis Ode una.

5. 11. Pecti nihil me ſicut antea iuuat.
–– ∪– –– ∪– ∪– ∪–
–∪∪ –∪∪ – ∪– ∪– –– ∪–

Sextidecimi generis Ode una.

5. 13. Horrida tempeſtas cœlũ contraxit, et imbres
–∪∪ –– –– –– –∪∪ ––
∪– ∪– –– ∪– –∪∪ –∪∪ –

Decimiſeptimi generis Odæ II.

5· 14· Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.

5· 15· Nox erat, et cœlo fulgebat Luna ſereno.

-uu -uu -- -- -uu --

-- u- -- uu

Decimioctaui generis Ode una.

5· 16· Altera iam territur bellis ciuilibus ætas.

-uu -uu -- -- -uu --

u- u- u- u- u- uu

Vndeuigeſimi generis Ode una.

5· 17· Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.

-- u- -- u- u-u-



## GENERA METRORVM QVAE IN PRIMO LIBRO.

Ode prima Monocolos. Sunt enim omnes uerſus choriambici Aſclepiadei tetrametri acatalecti, qui conſtant è ſpondeo, & duobus choriambis, & pyrrhichio uel iambo, hoc modo.

Mēcœ̄ -- nās ătăuĭs -uu- ēdĭtĕ rē -uu- gĭbŭs uu

ō ēt -- prǣsĭdĭum ēt -uu- dūlcĕ dĕcūs -uu- mĕ

ŭm uu

-- -uu- -uu- uu

-- -uu- -uu- uu

Ode. II. Dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres uerſus ſunt hendecaſyllabi ſapphici pentametri acatalecti, qui conſtant è trochæo. ſpondeo. dactylo, & duobus trochæis, uel ſpondeo ultimo. Sic.

Iām sā -- tīs tēr -- rīs nĭuĭs -uu ātquĕ -u dīræ --

Grāndĭ -u nīs mī -- sīt pătĕr -uu ēt rŭ -u bēntĕ -u

Dēxtĕ -u rās ā -- crās pŏpŭ -uu lātŭs -u ārcēs --

Quartus autem quiſq; eſt Adonius dimeter catalecticus ex dactylo & ſpondeo uel trochæo, ſic.

Tērrŭĭt -uu ūrbĕm -u

-u -- -uu -u --

-u -- -uu -u -u

-u -- -uu -u --

-uu -u

Ode·III·Dicolos diſtrophos·Primus quiſq; uerſus eſt choriambicus Gliconius trimeter acatalectus, conſtans è Spondeo, Choriambo, & Pyrrhichio, uel Iambo, ſic.

Sīc tē -- dīuă pŏtēns -∪∪- cўprī ∪-

Secundus uero quiſq;, choriambicus, Aſclepiadeus tetrameter Acatalectus, è ſpondeo, duobus Choriambis, & Pyrrhichio, uel iambo ſic.

Sīc frā -- trēs Hĕlĕnæ -∪∪- lūcĭdă ſȳ -∪∪-
dĕră ∪∪

-- -∪∪- ∪-

-- -∪∪- -∪∪- ∪∪

Ode·IIII·Dicolos diſtrophos·Primus quiſq; uerſus eſt Dactylicus Archilochius heptameter Acatalectus, conſtans è quatuor primis pedibus ſpondeis, uel Dactylis indifferenter, ut in uerſu Heroico, deinde è tribus trochæis, uel ſpondeo ultimo, ſic.

Sōluĭtŭr -∪∪ ācrĭs hȳ -∪∪ ēms grā -- tā uĭcĕ-∪∪
uĕrĭs -∪ ēt fá -∪ uōnī --

Secundus uero quiſq; eſt Archilochius conſtans ex penthemimere iambica, ideſt ex iambo uel ſpondeo. Iambo, & ſyllaba. Deinde è tribus Trochæis, uel ſpondeo ultimo, ſic.

Trăhūnt ∪- quæ sīc -- cās - măchĭ -∪ næ cā -∪
rī nās --

-∪∪ -∪∪ -- -∪∪ -∪ -∪ --

-- ∪- - -∪ -∪ --



Ode·V·Tricolos tetraſtrophos Primi quique duo uerſus ſunt Aſclepiadei, Qualis ille, Mecœnas atauis edite Regibus·Scanduntur enim ſic. --

Quīs mūl -- tā grăcĭlīs -∪∪- tē pŭĕr īn -∪∪-
rŏsā ∪-

Pērfū -- sūs lĭquĭdīs -∪∪- ūrgĕt ŏdō -∪∪- rĭ-
bŭs ∪∪

Tertius autem quiſq; eſt Pherecratius Heroicus Trimeter Acatalectus, conſtans è ſpondeo, Dactylo & Spondeo, ſic.

Grātō -- Pȳrrhă sŭb -∪∪ āntrō --

Quartus uero quiſq; eſt Gliconius, qualis ille, Sic te Diua potens Cypri·Scanditur enim hoc modo.

Cuī flā -- uām rĕlĭgās -∪∪- cŏmăm ∪∪

-- -∪∪- -∪∪- ∪-

-- -∪∪- -∪∪- ∪∪

-- -∪∪ --

-- -∪∪- ∪∪

Ode·VI·Dicolos tetraſtrophos·Primi quiq; tres uerſus ſunt Aſclepiadei, Qualis ille, Mecœnas Atauis edite regibus·Scanduntur enim, hoc modo.

Scrībē -- rīs uărĭō -∪∪- fōrtĭs ĕt hō -∪∪- ſtĭ-
ŭm ∪∪

Vīctōr -- Mæŏnĭī -∪∪- cārmĭnĭs ā -∪∪- lĭtē ∪∪

Quām rēm -- cūnquĕ fĕrōx -∪∪- nāuĭbŭs aūt
-∪∪- ĕquīs ∪-

Quartus autem Gliconius, qualis, Sic te Diua potens Cypri·Scanditur ſic.

Mīlēs – – tē dŭcĕ gēſ –∪∪– ſĕrĭt ∪∪

– – –∪∪– –∪∪– ∪∪

– – –∪∪– –∪∪– ∪∪

– – –∪∪– –∪∪– ∪–

– – –∪∪– ∪∪

Ode.VII.Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus in duas ſyllabas, conſtans è ſex pedibus Dactylo, & Spondeo indifferēter in omnib. locis, quanquam in quinto aliquando Spōdeus ponitur, & in ſexto Dactylus, ubi etiam ſæpe pro Spondeo Trochæus admittitur. Sed de uerſu Heroico multa diximus in inſtitutionibus noſtris grammaticis. Scanditur autem ſic.

Lāudā – – būnt ălĭ –∪∪ī clā – – rām Rhŏdŏn –∪∪ aūt Mĭtȳ –∪∪ lēnēn. – –

Secundus autem quiſq; eſt Dactylicus Alcmanius Tetrameter Catalecticus, habens quatuor ultimos pedes Heroici uerſus, ſic.

Aūt ĕphĕ –∪∪ sūm bĭmă –∪∪ rīs uĕ Cŏ –∪∪ rīn-thī – –

– – –∪∪ – – –∪∪ –∪∪ – –

–∪∪ –∪∪ –∪∪ – –

Ode.VIII.Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Ariſtophanius Dimeter Acatalectus, conſtans è Choriambo, & Bacchio, ſiue Amphimacro, hoc modo.

Lȳdĭă dīc –∪∪– pĕr ōmnēs ∪– –

Secundus autem quiſque eſt Choriambicus Alcaicus Tetrameter Acatalectus, conſtans ex Epitrito ſecundo,



duobus Choriambis, & Bacchio, ſiue Amphibracho. hoc modo.

Tē dĕōs ō –∪– – rō sȳbărīm –∪∪– cūr prŏpĕ-rēs –∪∪– ămāndō. ∪– –

–∪∪– ∪– –

–∪– – –∪∪– –∪∪– ∪– –

Ode.IX.Tricolos tetraſtrophos. Primi quiq; duo uerſus ſunt Dactylici Alcmanij Acatalecti, qui conſtant ex Penthemimere Iambica, id eſt ex Iambo uel Spōdeo, Iambo, et ſyllaba, quæ dicitur cæſura, deinde è duobus Dactylis, uel ultimo Amphimacro, hoc mō.

Vĭdēs ∪– ŭt āl ∪– tā – ſtēt nĭuĕ –∪∪ cāndĭdŭm –∪∪ Sŏrā ∪– ctĕ, nēc ∪– iām – sūſtĭnĕ –∪∪ āntŏnŭs –∪∪

Tertius autem quiſq; eſt Iambicus Archilochius Dimeter Hypercatalectus cōſtans quatuor pedibus primo & tertio Iambo, uel Spondeo, ſecundo et quarto Iambo duntaxat. deinde, ſupereſt ſyllaba, hoc modo.

Sȳluæ – – lăbō ∪– rāntēs – – gĕlū ∪– quĕ ∪

Quartus autem quiſq; eſt Dactylicus Alcmanius Acatalectus, conſtans ex Dimetro Heroico, & Dimetro Trochaico, id eſt è duobus Dactylis, & duobus Trochæis, uel ultimo Spondeo, hoc modo.

Flūmĭnă –∪∪ cōnſtĭtĕ –∪∪ rīnt ă –∪ cūtō – –

∪– ∪– – –∪∪ –∪∪

∪– ∪– – –∪∪ –∪∪

– – ∪– – – ∪– ∪

–∪∪ –∪∪ –∪ – –

Ode.XI.Monocolos. Sunt enim omnes uerſus cho-

riambici Alcaici Pentametri Acatalecti, qui conſtant è ſpondeo, tribus Choriambis, et Pyrrhichio, uel Iambo, hoc modo.

Tu ne –– quæsieris –∪∪– ſcire nefas –∪∪– quem
mihi quem –∪∪– tibi ∪∪
Finem –– diderint –∪∪– Leucothoe –∪∪– nec
babylo –∪∪– nios ∪–

–– –∪∪– –∪∪– –∪∪– ∪∪
–– –∪∪– –∪∪– –∪∪– ∪–

Libro ſecundo.

Ode. XVIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus, conſtas Amphimacro, & duob. Iambis, uel ultimo Pyrrhichio, hoc modo.

Non ebur –∪– nequ' au ∪– reum ∪∪

Secundus quiſq; uerſus eſt Iambicus Archilochius dimeter Acatalectus, conſtans è quinque Iambis et ſyllaba, recepto tamen in locis imparib. etiam Spondeo, hoc modo.

Mea ∪– reni ∪– det in ∪– domo ∪– lacu ∪– nar ∪

–∪– ∪– ∪∪
∪– ∪– ∪– ∪– ∪– ∪

Libro tertio.

Ode. XII. Dicolos triſtrophos. Primi quique duo uerſus ſunt Ionici à minore Sapphici trimetri Acatalecti, qui conſtant è tribus Ionicis à minore uel ultimo Pæone tertio, hoc modo.

Miserar' eſt ∪∪–– nequ' amori ∪∪–– dare lu-
dum ∪∪––
Neque dulci ∪∪–– mala uino ∪∪–– lauer' aut
ex ∪∪––

Tertius item uerſus eſt Ionicus à minore Sapphicus Acatalectus, ſed tetrameter, conſtans è quatuor Ionicis à minore, hoc modo.

animari ∪∪–– metuentes ∪∪–– patriæ uer ∪∪––
bera linguæ ∪∪––

∪∪–– ∪∪–– ∪∪––
∪∪–– ∪∪–– ∪∪––
∪∪–– ∪∪–– ∪∪–– ∪∪––

Libro quarto.

Ode. VII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus, qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo.

Diffu –– gere ni –∪∪ ues rede –∪∪ unt iam ––
gramina –∪∪ campis ––

Secundus quiſq; eſt Dactylicus Archilochius dimeter Hypercatalectus, conſtans duobus Dactylis, et ſyllaba, hoc modo.

arbori –∪∪ bus que co –∪∪ mæ –

–– –∪∪ –∪∪ –– –∪∪ ––
–∪∪ –∪∪ –

Ode Prima Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus Hipponactius trimeter Acatalectus, conſtans è ſex Iambis, recepto tamen in locis imparib. etiam Spondeo, hoc modo.

ībīs – – lĭbūr ∪– nīs īn – – tĕr āl ∪– tă nā ∪– uĭŭm ∪∪

Secundus quiſq; eſt Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus, conſtans è quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.

ămī ∪– cĕ prō ∪– pūgnā – – cŭlă ∪∪

– – ∪– – – ∪– ∪– ∪∪

∪– ∪– – – ∪∪

Ode. XI. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Iambicus Hipponactius trimeter Acatalectus, Qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium, hoc modo.

Pēctī – – nĭhīl ∪– mē sī – – cŭt ān ∪– tĕā ∪– iŭuăt ∪∪

Secundus uero quiſq; eſt Sapphicus conſtans penthemimere heroica & Dimetro Iambico, id eſt è duobus Dactylis, & ſyllaba, deinde è quatuor Iambis recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo, hoc modo.

Scrībĕrĕ –∪∪ uērsĭcŭ –∪∪ lōs – ămō ∪– rĕ pēr ∪– cūlsūm – – grăuī ∪–

– – ∪– – – ∪– ∪– ∪∪

–∪∪ –∪∪ – ∪– ∪– – – ∪–



Ode. XIII. Dicolos diſtrophos Primus quiſque uerſus eſt Heroicus Hexameter Catalecticus, qualis ille, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo.

Hōrrĭdă –∪∪ tēmpē – – ſtās cœ – – lūm cōn – – trā xĭt ēt –∪∪ īmbrēis – –

Secundus uero quiſq; eſt Archilochius conſtans Dimetro Iambico & Penthemimere heroica, ideſt è quatuor Iambis, recepto tamen in locis imparibus etiam Spondeo. Deinde è duobus Dactylis, & ſyllaba, hoc modo.

Nĭuēs ∪– quĕ dē ∪– dūcūnt – – iŏuēm ∪– nūnc mă rĕ –∪∪ nūnc sylŭ –∪∪ æ –

–∪∪ – – – – – – –∪∪ – –

∪– ∪– – – ∪– –∪∪ –∪∪ –

Ode. XIIII. Dicolos diſtrophos. Primus quiſque uerſus eſt, qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen, hoc modo.

Mōllĭs īn –∪∪ ērtĭă –∪∪ cūr tān – – tām dīf – – fūdĕrĭt –∪∪ īmīs – –

Secundus autem quiſque eſt Iambicus Archilochius Dimeter Acatalectus, qualis ille, Amicæ propugnacula, hoc modo.

ōblī – – uĭō ∪– nēm sēn – – sĭbŭs ∪∪

–∪∪ –∪∪ – – – – –∪∪ – –

– – ∪– – – ∪∪

Ode. XVI. Dicolos diſtrophos. Primus quiſq; uerſus eſt Heroicus hexameter, hoc modo.

ālt̆ĕră –◡◡ iām t̆ĕrĭ –◡◡ ıūr bēl –– līs cī –– uīlĭ-
bŭs –◡◡ ǣtās ––.

Secundus uero quiſq; eſt Iambicus Hipponacteus Trimeter, Qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium, quanquam in hac Ode Secundus quiſq; uerſus conſtat è ſolis Iambis, quod ſemel tantum legitur feciſſe Horatius. Quamob rem uerſus ille, Eamus omnes execrata ciuitas, ſic eſt legendus, Eamus omnis execrata ciuitas. Quod & Porphyrioni placet, ut ſit figurata locutio, Eamus omnis ciuitas execrata, hæc et quæ poterunt reditus abſcindere dulces. Sunt enim omnes iambi, hoc modo.

Sŭīs ◡– ĕt īp ◡– să Rō ◡– mă uī ◡– rĭbūs ◡–
rŭĭt ◡◡

–◡◡ –◡◡ –– –– –◡◡ ––

◡– ◡– ◡– ◡– ◡– ◡◡

Ode. XVII. Monocolos. Sunt enim omnes uerſus Iambi Hipponactei Trimetri Acatalecti, Qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium, hoc modo.

Iām ĭēf –– fĭcā ◡– cī dō –– mănūs ◡– ſcīēn ◡–
tĭæ ◡–

Sūpplēx –– ĕt ō ◡– rōrē –– gnă pēr ◡– prōsēr ––
pĭnǣ ◡–

–– ◡– –– ◡– ◡– ◡–

–– ◡– –– ◡– –– ◡–

FINIS.

NICOLAI PEROTI SIPONTINI PRAESVLIS LIBELLVS DE METRIS ODARVM HORATIANARVM.

## NICOLAVS PEROTVS COELIO PEROTO FRATRI CARISSIMO. S.

E X OMNIBVS IMMORTA=
lis Dei erga me beneficijs duo ſunt:
quibus maxime gloriari ſoleo, unum
quod Beſſarionem mihi principem: al
terum quod te fratrem præſtiterit.
Nam ſi mihi data eſſet facultas omnia pro arbitrio
meo eligendi: quid cogitare, ne dicam ſperare ampli=
us potuiſſem? Vt enim à principe incipiam: nactus
ſum pium: beneficum: humanum: liberalem: inau=
dita æquitate: ſumma iuſtitia: ſingulari fide: diuina
ſapientia: adeo præterea omni genere ſtudiorum eru=
ditum: ut mihi interdum de eo cogitanti non tam
unus homo literatus, quàm literæ ipſe omneſq; bo-
næ artes in uno homine eſſe uideantur. Nulla res eſt
tam difficilis: tam abolita: quam ex huius animo ue
luti quodam theſauro non liceat expromere. quàm pe
ritus eſt diuinarum literarum: quàm doctus: & ci=
uilis & pontificij iuris. Quid eſt adeo in philoſophia
abſtruſum, atque reconditum? quod huic non ſit peni
tus familiare? quis in mathematicis excellentior: quã=
tum exemplorum, quantum hiſtoriæ, quãtum antiqui
tatis tenet? Num ſermo eius cum græce loquitur: pla
nè atticus eſt? cum ſcribit: latinæ muſæ ipſæ roma=
ne loqui uidentur. Orationem ipſius Platonicam pu=
tes: crebra eſt aſſidua copioſa, & hybernis niuibus ſi=

milis · in uerſibus tantum leporis : dulcædinis, ſuauita
tis inſerit : ut nihil diuinius ſit : nihil cœleſtius · Quid
epigrammata, quæ nuper in Gemiſtum Platonicum
compoſuit: quæq; ſubito cum latina reddidiſti: non'ne
reddere probatiſſimam illam antiquitatem uidentur:
diſputationes eius ſubtiles : ornatæ : graues: ut facile
quemlibet: quo uelit : impellat & trahat : ita ex tem
pore loquitur : quaſi iampridem ſcripſerit · uidẽtur ad
manum ſenſus omnes inſtructi · Tanta præterea huma
nitate erga omnes expoſitus eſt : ut qui dignitate ſum=
mum locum tenet : facilitate morum penè infimus ui
deatur · Liberalitatem eius cum infiniti ex latinis : tũ
maxime hoc tempore infœliciſſimi græciæ populi ex
periuntur : qui proprijs expulſi ſedibus ad hunc ue=
luti unicum refugium confluunt · Adde, quod me adeo
amanter : benigne clementer amplexus eſt : ut octa-
uum iam annum non ſolum domi : ſed intra ſecretio
ra cubilia ad curam caſtiſſimi corporis ſui tenuerit,
teneatq; : apud quem quantum gratia & authorita-
te ualuerim : in propinquorum, atq; amicorum ho-
noribus expertus ſum : Quæ noſtra familia: qui pa=
ter : qui nos omnes: quæ noſtræ fortunæ eſſent : niſi
princeps noſter fuiſſet? Nota hæc omnibus ſunt · quic
quid ſumus : principis noſtri ſumus beneficio : huma
nitate: clementia : huic uni bona: fortunas: ipſam deniq;
animam debemus · Merito itaq; me puto immortale be
neficium à Deo conſecutum : quod talem nactus ſum
principem : quem niſi ſumma integritate : fide : obſer
uantia colam : uenerer: adorem: ſceleratus : facinoro-
ſus: nefarius ſim : è conſpectu hominum fugandus eij=



ciendus exterminandus · De te uero mi frater quid lo
quar? an mihi ſecundo loco euenire aliquid dulcius
poterat: quàm te talem habere germanum? qui mihi
ut aſpectu, ac liniamentis corporis, ita & moribus et
natura ſimilis euaderes : qui iiſdem quibus ipſe ſtu-
dijs deditus à me erudireris: docereris: inſtrueereris: quẽ
ego ueluti imaginem quandam meis manibus forma=
rem atq; confingerem: De cuius indole tantam animo
ſpem concepi : ut non mediocre decus allaturum te fa
miliæ noſtræ: niſi te nobis fata inuiderint, exiſtimem.
At quorſum hæc de me inquies (nam de principe no=
ſtro non miror quem ubiq; laudare: extollere: prædi=
care: ſatiari non potes) Nempe quia tuis quoq; laudi=
bus ſatiari non poſſum optime & ſuauiſſime frater:
ita me ingenium tuum : ita ſtudium : ita mores dele=
ctant : præſertim in hoc lubrico ætatis in quo multi
adoleſcentes periclitari ſolent: Quanta me nuper uo
luptate affectum putas: cum me rogaſti, ut una epiſto=
la omnia genera metrorũ : quæ apud Horatium Flac
cum reperiuntur : breuiter comprehẽderem: & unde
lyrici poëtæ dicti fuerint ad te ſcriberem · Ex his enim
intelligo non contentum te heroicis atq; elegiacis uerſi=
bus : ut cæteri noſtræ ætatis adoleſcentes: ſed ad cæte
ra quoq; metrorum genera aſpirare: Quod te optime
ingenij tui exactiſſimæ in ſtudijs diligentiæ teſtimoniũ
eſt · Ego uero in honeſtiſſimo deſiderio tuo morem ge=
ram: & inſtar liberaliſſimi hominis plus etiam quàm
à me quæratur præſtem · hac tibi Epiſtola omnia me-
trorum genera quibus non ſolum Horatius : uerum
etiam Boetius uſus breuiter annotabo · Si tamen prius

quid lyricorum uetuſtiſſimum nomen ſibi uelit oſtendero. Dicti igitur lyrici ſunt à lyra quoniam ueteres huiuſmodi carminum ſcriptores ad lyram poëmata ſua canere conſueuerunt: hi apud græcos quidem octo feruntur. Alcman à quo alcmanium metrum dictum eſt: Steſichorus à quo ſteſichoreium: Alcæus à quo alcaicum: Ibicus à quo ibiceium: Anacreon à quo anacreontiũ: Simonides à quo Simonideium: Pindarus à quo pindaricum: Bachilides à quo bacchilideium. horum ut Quintilianus inquit lõge pindarus princeps ſpiritus magnificentia: figuris: beatiſſima rerum & uerborum copia: uelut quodam eloquentiæ flumine: propter quod Horatius merito eum credidit nemini imitabilem. Additur ſupradictis Sappho: quam magiſtram fuiſſe Platonis nonnulli tradunt: à qua ſapphicum metrum appellatum eſt: ita lyricorum numerus nouem muſarum numerum impleri: quarum inuocationibus cantus ſuos ordiebantur. Apud latinos uero tres præcipue memorantur lyrici Horatius: Ceſius Baſſus: & Valerius Martialis. Inter hos palmam obtinet Horatius. Solus ferè, ut idẽ Quintilianus inquit, legi dignus. nam & inſurgit aliquando: & plenus eſt iucunditatis & gratiæ & uarijs figuris fœliciſſime audax. Secundus. Valerius Martialis: quem intellexiſſe. Quintilianum arbitror cum ait. Si quem adijcere Horatio uelis: erit Ceſius Baſſus: quem nuper uidimus. Sed eum longe præcedunt ingenia uiuentium. Martialẽ quippe Quintiliani ætate fuiſſe manifeſtum eſt. ac Ceſij Baſſi uix hac tempeſtate ſupereſt nomen. Vſus autem eſt Horatius in eo libro: qui odæ inſcribitur undeuiginti

tur undeuiginti



tur undeuiginti metrorum generibus. Primum eſt genus monocolon: diciturq́; choriambicum Aſclepiadeum tetrametrum conſtans ſpondeo duobus choriambis & pyrrhichio ſic enim ſcanditur. Mecœ: nas atauis: edite re: gibus. Scripſit hoc metro duntaxat tres odas.

Mecœnas atauis edite re: gibus.
Exegi monumentum aere perennius.
Donarem pateras grataq́; commodis.

SECVNDVM GENVS eſt dicolon tetraſtrophon: primi tres uerſus ſunt dactylici pentametri ſapphici: conſtant enim trochæo ſpondeo dactylo: & duobus trochæis hoc modo Iam ſa: tis ter: ris niuis: atque: diræ: quartus adonius conſtans dactylo dimetro catalectico hoc eſt dactylo & ſpondeo, ſiue trochæo hoc modo Terruit urbem. ſcripſit hoc metro tres & uiginti odas.

Iam ſatis terris niuis atq; diræ.
Mercúri facunde nepos Athlantis
Quem uirum aut hèroa lyra uel acri.
Vile potabis modicis ſabinum.
Integer uitæ ſceleriſq́; purus.
Parcius iunctas quatiunt feneſtras
O' Venus regina cnidi paphiq́;.
Poſcimus ſi quid uacui ſub umbra:
Perſicos odi puer apparatus.
Nullus argento color eſt auaris.
Ne ſit ancillæ tibi amor pudori
Septimi gades aditure mecum.
Illa ſi iuris tibi peierati.

&

Rectius niues Licini neq; altum:
Otium diues rogat in patenti.
Martijs cælebs quid agam calendis
Mercu'ri nam te docilis magiſtro.
Herculis ritu modo dictus o' plebs.
Faune nympharum fugientum amator.
Non uides quanto moneas periclo.
Montium cuſtos nemorumq; uirgo.
Impios Spartæ retinentis omen.
Pindarum quiſquis ſtudet æmulari.
Diue quem proles Niobæa magne.
Eſt mihi nonum ſuperantis annum.
Phebe ſyluarumq; potens Diana

TERTIVM dicolon diſtrophon: primus uerſus eſt choriambicus gliconius trimeter conſtans ſpondeo choriambo & pyrrhichio hoc modo. Sic te: diua potens: cypri: ſequens eſt Aſclepiadeus hoc modo: Sic fra: tres helene. lucida ſi: dera. ſcripſit hoc metro odas. XII.

Sic te diua potens cypri
Cum tu lydia telephi.
Mater ſcæua libidinum.
Et thure & fidibus iuuat:
Donec gratus eram tibi.
Vxor pauperis ibici
Quantum diſtat ab inacho.
In tactis opulentior.
Quo me Bacche rapis tui.
Feſto quid potius die.
Intermiſſa Venus diu.



Quem tu melpomone ſemel.

QVARTVM dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt dactylicus Archilocheius tetrameter cõſtans tetrametro bucolico & tribus trochæis ut Soluitur: acris hy: ems gra: ta uice: ueris: & fa: uoni: Sequens itẽ Archilocheius conſtans ex Penthemimeri iãbica: & tribus trochæis hoc modo: Trahunt: q; ſic: cas: machi: næ ca: rinas: ſcripſit hoc metro duntaxat hanc odẽ. Soluitur acris hyems &c.

QVINTVM tricolon tetraſtrophon. Primi duo uerſus ſunt Aſclepiadei hoc modo: Quis mul: ta fra gilis: te puer in: roſa. Tertius pherecratius conſtans ſpondeo dactylo & ſpondeo: hoc modo: grato: pyrrha ſub: antro: Quartus gliconius: de quo ſupra dictum eſt hoc modo: Cui fla: uant religas: comam: ſcribit hoc metro ſeptem odas.

Quis multa gracilis te puer in roſa.
O' nauis referent in mare te noui
Dianam teneræ dicite uirgines
Vitas uileo me ſimilis cloe
O' fons blanduſiæ ſplendidior uitro
Audiuere lice dij mea uota dij
Quid fles aſterie quem tibi candidi.

SEXTVM dicolon diſtropbon. Tres primi uerſus ſunt aſclepiadei hoc modo: Scribe: ris uario: fortis & ho: ſtium: quartus eſt gliconius hoc modo Miles: te duce geſ: ſeris: ſcribit hoc metro odas nouem.

Scriberis uario fortis & hoſtium
Paſtor cum traheret per freta nauibus
Quis deſyderio ſit pudor aut modus.

Albi ne doleas plus nimio memor.
Nolis longa ferre bella Numantiæ
Extremum Tanaim ſi biberes lyce
Incluſam danaen turris & ænea
Diuis orte bonis optime Romule
Iam ueris comites quæ mare temperant.

SEPTIMVM dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt heroicus. hoc modo: Lauda: bunt ali: i cla: ram rhodon: aut myti: lenem. Secundus eſt dactylicus alcmanius tetrameter acatalecticus. quatuor eni pedes heroica habet ſiue dactylos omnes ſiue ſpondeos ſiue mixtos: frequentiſſime tamen in tertio pede dactylum hoc modo:

Aut ephe: ſum bima: ris'ue Corinthi.

Scribit autem hoc metro quatuor odas.

Laudabunt alij claram rhodon aut mytilenem
Albis ut obſcuro detergit nubila cœlo
Te maris & terræ numeroq; carentis harenæ.
Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris.

OCTAVVM dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt choriãbicus monometer Ariſtophaneius cõſtãs choriambo et Amphibracho ſiue bacchio: hoc modo Lydia dic: per omnes: Sequens eſt choriambicus trimeter ſapphicus conſtans epitrito ſecundo: duobus choriambis & amphibracho, ſiue bacchio hoc modo. Te deos o: ro Sibarim: cur properas: amando. ſcribit hoc metro du'ntaxat hanc oden

Lydia dic per omnes
Te deos oro Sibarim cur properas: amando.

NONVM tricolon tetraſtrophon. primi duo uer



ſus ſunt dactylici alcaici trimetri catalectici: conſtant enim penthemimeri iambica: & duobus dactylis: hoc modo. Vides: ut al: ta: ſtet niue: candidum. Tertius eſt iambicus archilocheus dimeter hypercatalecticus. ſiquidem in primo pede recipit iambum uel ſpondeũ: in quarto iambum uel pyrrhichium: deinde ſupereſt ſyllaba hoc modo: ſyluæ: labo: rantes: gelu: q:

Quartus uerſus eſt dactylicus alcmanius tetrameter: de quo paulo ante diximus. recipitq; in tertio pede frequentiſſime trochæum hoc modo flumina conſtite: rint a: cuto. ſcribit hoc metro. VII. & XXX. odas

Vides ut alta ſtet niue candidum
O' matre pulchra filia pulchrior
Velox amœnum ſæpe lucratilem
Muſis amicus triſtitiam & metus
Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Acti beatis non arabum inuides
Quid dedicatum poſcit apollinem
Parcus deorum cultor & infrequens
O' diua gratum quæ regis Antium
Nunc eſt bibendum nunc pede libero
Motum ex Metello conſule ciuium
Aequam memento rebus in arduis
Nondum ſubacta ferre iugum ualet
O' ſæpe mecum tempus in ultimum
Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
Quid bellicoſus Cantaber & Scythes
Ille & nefaſto te poſuit die
Heu fugaces poſthume poſthume

Iampauca aratro iugera regiæ
Cur me querelis exanimas tuis
Bacchum in remotis carmina rupibus
Non uſitata nec tenui ferar
Odi prophanum uulgus & arceo
Anguſtam amicæ pauperiem pati
Deſcende cœlo & dic age tibia
Iuſtum et tenacem propoſiti uirum
Cœlo tonantem credimus Iouem
Delicta maiorum immeritus lues
Heli uetuſto nobilis albano
O' nata mecum conſule Manlio
Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
Vixi puellis nuper idoneus
Tyrrhena regum progenies tibi
Qualem miniſtrum fulminis alitem
Ne forte credas interitura quæ
Quæ cura patrum quæ'ue quiritum
Phœbus uolentem prælia me loqui.

DECIMVM Monocolon uerſus eſt choriambicus pentameter alcaicus conſtans ſpondeo tribus choriambis & pyrrhichio hoc modo: Tu ne : quæſieris : ſcire nefas : quem mihi quem : tibi. Scribit hoc metro tris odas.

Tu ne quæſieris ſcire nefas quem mihi quem tibi
Nullam uarre ſacra uitæ prius ſeueris arborem
O' crudelis adhuc & Veneris muneribus potens.

VNDECIMVM Dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt dimeter iambicus archilocheius acatalecticus: conſtat enim amphimacro: qui metrum facit: ex



duobus iambis : ſiue altero ſpondeo : hoc modo. Non ebur ne: que au: reum. Sequens trimeter iambicus hipponactius catalecticus. habet enim quinque iambos & ſyllabam: recipit tamen imparibus ſedibus etiam ſpõdeum hoc modo Mea : reni : det in : domo : lacu : nar. Scribit hoc metro duntaxat hanc oden.

Non ebur neq; aureum

DVODECIMVM Monocolon uerſus eſt ionicus ſapphicus à minori trimeter acatalecticus : hoc eſt tribus ionicis à minori conſtans hoc modo Miſerarum eſt : nec amori : date ludum. Scribit hoc metro tantum hanc oden.

Miſerarum eſt nec amori &c.

TERTIVMDECIMVM Diſtrophon dicolon. primus uerſus eſt heroicus hoc modo: Diffu : gere ni : ues rede : unt : iam : gramina campis. Sequens eſt dactylicus archilocheius dimeter catalecticus: hoc eſt cõſtãs duobus dactylis & ſyllaba : hoc modo : Arbori: buſq; co : mæ : ſcribit hoc metro hanc oden.

Diffugere ni &c.

QVARTVMDECIMVM Dicolon diſtrophon. Primus uerſus eſt iambicus hipponactius trimeter acatalecticus conſtans ſex iambis : recipienſq; etiam ſpõdeum imparibus ſedibus hoc modo: Ibis : libur : nis in : ter al : ta na : uium : Sequens eſt iambicus archilocheius dimeter acatalecticus cõſtans quatuor iambis admixto interim imparibus ſedibus ſpondeo hoc modo Ami : ce pro : pugna : cula. ſcripſit hoc metro odas decem.

Ibis liburnis inter alta nauium

Beatus ille qui procul negotijs
Parentis olim ſi quis impia manu
Lupis & agnis quanta ſortito obtigit
At o' decorum quicquid in cœlo regis
Quid immerentes hoſpites uexas canis
Quoquo ſcelesti uitis aut cur dexteris
Rogare longo putidam te ſeculo
Quando repoſtum cæcubum ad feſtas dapes
Maia ſoluta nauis exit alite

QVINTVMDECIMVM Dicolon diſtrophon. Primus uerſus eſt iambicus hipponactius trimeter acatalecticus de quo pauloante diximus hoc modo Pecti : nihil : me ſi : cut an : tea : iuuat. Secundus eſt Sapphicus conſtans penthemimeri heroica et dimetro iambico hoc modo. Scribere : uerſiculos : amo : re per : cuſſum : graui. ſcribit hoc metro duntaxat hanc oden.

Pecti nihil me ſicut antea iuuat.

SEXTVMDECIMVM Dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt heroicus hoc modo Horrida : tempe : ſtas cœ : lum con : traxit & : ignes. Sequens eſt archilocheius conſtans dimetro iambico acatalectico: & penthemimere heroica hoc modo niues : q; de : ducunt : iouem : nunc mare : nunc ſylu : æ. ſcribit hoc metro tantum hanc oden.

Horrida tempeſtas &c.

DECIMVMSEPTIMVM Dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt heroicus hoc modo : Mollis in : ertia. cũ tan : tam dif : fuderit : imis. ſecundus iambicus archilochius dimeter acatalecticus: de quo ſupra dictum eſt. hoc modo : Obliuio : nem ſen : ſibus. ſcribit hoc



metro duas odas.

Mollis inertia cum tantum diffuderit imis
Nox erat & cœlo fulgebat luna ſereno.

DVODEVIGESIMVM Dicolon diſtrophon. primus uerſus eſt heroicus hoc modo Altera : iam bel : lis teri : tur ci : uilibus : ætas. Alter iambicus hipponactius trimeter acatalecticus : de quo ſupra dictum eſt hoc modo ſuis : & i : pſa ro : manæ : uiribus : ruit. ſcribit hoc metro hanc oden duntaxat.

Altera iam bellis territur &c.

VNDEVIGESIMVM Monocolon. uerſus eſt iambicus Hipponactius trimeter acatalecticus: qualis ſuperior hoc modo. Iam iã ef : fica : ci do : manus : ſcientiæ. hanc tantummodo oden hoc carmine ſcribit.

Iam iam efficaci. et reliqua.

FINIS.

*A a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &. Omnes Quaterniones.*

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI,

ET ANDREAE SOCERI,

MENSE NOVEMBRI.

M. D. XIX.



AL DVS

II a
1926:
2457